4^{28}. ημεις εσμεν ℵACD^{c}EKLP.
5^{1}. εξηγορασε pro ηλευθερωσε Chr. syr$^{p.}$
στηκετε sine ουν DEKL.
5^{3}. πληρωσαι 61, 76, 80, 115 al.
5^{7}. αληθ. μη πειθεσθαι om. Chr.
5^{14}. πληρουται DEFGKLP.
5^{17}. ταυτα δε ℵ^{c}ACD^{c}KLP.
5^{19}. Add. μοιχεια ℵ^{c}DEFGKL.
5^{21}. Add. φονοι ACDEFGKLP.
5^{24}. Ιησου om. DEFGKL.
6^{8}. εκ της σαρκος αυτου DEF^{gr}G.
6^{14}. καυχασθαι ℵBCD^{c}EFGLP.
6^{15}. ισχυει ℵ^{c}D^{c}KLP.

Ex his sex et quadraginta exemplis undecim omnino carent testimonio codicum uncialium. In reliquis quinque et triginta, congruit Chrys. aut cum K aut cum L vicies octies et cum ambobus vicies sexies. Plerumque etiam codex P cum illis facit.

Cum codice D congruit Chrysostomus duodevicies, cum FG decies septies, cum ℵ decies, cum B septies, cum ℵ^{c} octies, at dissentit bis, cum D aut ^{b} aut ^{c}, et plerumque, cum ambobus, undecies, at dissentit semel.

Quomodo testes inter se consentiant aut differant de lectione *Κηφας* pro *Πετρος* hac in epistola proposuit Nestle (Einf. N. T. p. 250), neque alienum erit addere Chrysostomum omnibus locis cum KL consentire.

Reliquis epistolis diligenter pervestigatis fere idem atque in epistola ad Galatas repperi. Unde sequitur:

1. Chrysostomum saepenumero lectiones suas ac proprias adhibere;

2. lectiones non paucas praebere quas alii testes autiquissimi tradant, quaeque saepe ei communes sint cum codicibus qui occidentales vocentur;

3. multas variantes lectiones quas codices $\aleph^{c}$ et D^{bc} suppeditent quasque in cdd. posterioris temporis KL legimus ei iam notas fuisse et approbatas.

IV.

De lectionibus quibusdam peculiaribus.

Restat ut in fine opusculi lectiones proprias quas Chrysostomus vel solus exhibet vel cum perpaucis testibus communes habet colligam et de nonnullis eorum breviter disseram.

Rom.[1]) 1^{21}. *η ευχαριστησαν* om.

1^{30}. *υπερηφανους* om.

1^{31}. *ασυνετους* om.

2^{26}. *οταν* pro *εαν*.

μετατραπησεται pro *λογισθησεται*. Certe congruit *μετατρα.* melius quam *λογισθη.* cum *γεγονεν* in v. 25, id quod monet Chrysos. (vide supra) cum utroque loco de re gesta agatur non de re imputanda. Praeterea facilius intellegitur *λογισθη.* emendatum fuisse ex Rom. $4^{3,\,5}$ et alibi quam contra.

3^{8}. *ει μη* pro *και μη*.

Hic videtur Chrysostomus intellegere apostolum iam a versu 8 ineunte suam ipsius sententiam proferre et contra adversarii excusationem in v. 7 sic respondere, tanquam dicat, "immo vero iudicaberis nisi vera sunt quae detrectatores nostri nobis obiciunt". Quae cum satis absurda sine argumento appareant sequitur etiam absurda esse quae opponat adversarius.

Haec ex comm. ad h. l. adscribam: *Αν γαρ μη κολαζωνται, φησι, τοιαυτα ποιουντες αναγκη τον βλασφημον εκεινον περιφερεσθαι λογον, το ποιησωμεν τα κακα ινα ελθη τα αγαθα. Ει δε τουτο ασεβες, και οι λεγοντες αυτο δικην δωσουσι, τουτο*

---

1) Profiteor me in hac maxime epistola scholis Fr. Blassii multum debere.

γαρ εδηλωσεν ειπων, "ων το κριμα ενδικον εστιν", ενδηλον οτι κολαζονται. Ει γαρ οι λεγοντες τιμωριας αξιοι, πολλῳ μαλλον οι πρασσοντες.

3^{22}. *δια της πιστεως* verbis *Ιησ. Χριστ.* omissis.

3^{25}. *δια πιστεως* om.

4^{1}. *ευρηκεναι* om. Chr. B 47*.

4^{11}. *εις το γενεσθαι* pro *εις το ειναι.* (Cf. v. 18.)

5^{12}. *εισηλ. ο θανατος* hoc ord.

6^{1}. *ερουμεν* bene omittit Chrys. quod hoc loco minime aptum est. Hic enim non quaeritur quid dicendum, sed quid agendum sit. Similis est v. 15 ubi item *τι ουν* sine *ερουμεν* legitur. Non similes sunt reliqui loci, e. g. Rom. 7^{7} et 9^{14} ubi quaestio explicanda infertur.

6^{3}. *εις Χριστ. εβαπ.* hoc ord.

Ιησουν bene om. Chr. cum B al.

6^{10}. *τω θεω ζη*, sicut Tert. "deo vivit", qui ordo congruit cum superioribus *τη αμαρτια απεθανεν.* Similiter, 13^{6}, videtur series verborum *θεου γαρ εισιν λειτουργοι* praeferenda vulgatae quod in principio collocatum *θεου* maiorem gravitatem habet.

7^{23}. *εν τοις μελεσιν* priore loco om.

9^{5}. De hoc loco vexatissimo paullo uberius videtur tractandum.

In textu ^{468} legitur *ο ων επι παντων θεος κ. τ. λ.* Sed paullo post in comm. omittit *επι παντων θεος* et habet solum *ος εστιν ευλογητος εις τους αιωνας, αμην· την υπερ παντων ευχαριστιαν αναφερων αυτος τω μονογενει του θεου.*

His verbis sine dubio doxologiam refert ad Christum non ad Deum. Quaerendum est utrum verba *ο ων επι παντων θεος* ante oculos habuerit, an non.

Ex commentario solo efficitur eum non novisse et 9^{724} quoque ubi locus laudatur omittit alter codex Mosc. verbum *θεος* et codex alius ap. Fld. hoc ordine habet, *ο ων ευλογητος ο επι παντων θεος εις τους αιωνας,* id quod redolet correctoris additamentum. Aliis sex locis ubi hunc versum laudat legitur scriptura vulgata: $1^{568, 591}$, 5^{471}, 6^{508}, 8^{220}, 10^{202}.

Verba deum et Christum pro synonymis habere Chrysostomum saepe in eius libris apparet, scil. $9^{477\,E}$: *ουτως αδιαφορον και πατρος και υιον λεγειν,* et planissime, 11^{824} in comm. ad Titum 2^{13}: *Που εισιν οι του πατρος ελαττονα τον υιον λεγοντες; του μεγαλου, φησι, θεου και σωτηρος,* et p. 271: *Ακουε γαρ Παυλου λεγοντος, Προσδεχομενοι την μακαριαν ελπιδα και επιφανειαν της δοξης του μεγαλου θεου . . . Αρα ουν μη περι του πατρος ειρηται; Ουδαμως· η γαρ επαγωγη ουκ αφιησι, λεγουσα . . . του μεγαλου θεου και σωτηρος ημων Ιησου Χρ. Ιδου και ο υιος μεγας.*

Haec sufficiant ad comprobandum Chrysostomum putavisse Filium quoque a Paulo sicut Patrem Deum apellari. Non est igitur cur putemus eum verba ista ponere non potuisse. Posuitne autem hoc loco?

Legimus 1^{591} haec: *Καθαπερ ουν ηκουσατε κυριον τον πατερα καλουμενον, φερε, δειξωμεν υμιν και τον υιον λεγομενον θεον.* Ad quod confirmandum affert primum ex Esaia et Psalmis locos, deinde quae sequuntur: *Ο Παυλος δε, Εξ ων ο Χριστος, το κατα σαρκα, φησιν, ο ων επι παντων θεος ευλογητος εις τους αιωνας.* Postea citat Eph. 5^{5} et Titum 2^{13} et Joan Evang. 1^{1}.

In eandem sententiam loquitur 10^{202} in comm. ad 1. Cor. 8^{6}: *Ου τοινυν ουδε τα ονοματα ως αποκεκληρωμενα διειλε, τῳ μην υιῳ το κυριος, τῳ δε πατρι το θεος προσνεμων. Οἶδε γαρ αυτα και εναλλαττειν η γραφη πολλακις, ως οταν λεγῃ "Ειπεν ο κυριος τῳ κυριῳ μου"· και παλιν "Δια τουτο εχρισε σε ο θεος, ο θεος σου"· και, "Εξ ων ο Χριστος το κατα σαρκα, ο ων επι παντων θεος" και πολλαχου αν ιδοις ταυτα μεταβαινοντα τα ονοματα.*

Neque est negligendum Chrysostomum in priore loco ad fulciendam sententiam suam quater Novum Testamentum citavisse cum hic unum solum locum ex Novo Testamento afferat vel, si putemus hunc interpolatum esse, nullum omnino, quod maxime mirum esset.

Quater praeterea ut supra diximus, verba de quibus scribimus laudantur.

Perdifficile est igitur credere omnes hoc locos interpolatos esse.

Nihilominus ista verba in commentario ad hunc locum eum omisisse et solum *ως εστιν ευλογητος εις τους αιωνας* scripsisse valde mirum videtur. Meminerimus tamen multas partes parvas praesertim in prima huius epistolae parte, ut supra identidem commemoratum est, ab auctore nostro neglectas esse, cum id non spectaret ut in tempus praesens de iis dissereret, quarum tamen plurimae in aliis scriptis atque interdum saepius inveniuntur. Fieri quoque potuit ut Rom. 1^{25} animo eius obversaretur ubi eadem verba *ος εστιν ευλογητος εις τους αιωνας* leguntur.

9^{25}. *Ωσεε λεγει.* (Cf. Aug. "sicut Osee dicit".) Quod B *εν* omittit, ad eandem lectionem spectare videtur.

9^{33}. *επ' αυτον* pro *επ' αυτω.*

10^{5}. *την εκ του νομου δικαιοσ.* hoc ord.

11^{8}. *εως της σημ. ημερ.* omittit Chrysostomus.

11^{17}. *εν αυτοις* suo iure omittit quod ineptum additamentum esse videtur.

11^{20}. *ενεκεντρισθης* pro *εστηκας* est fortasse ex *ενκεντρισθω* v. 19 petitum, quod verbum opponere videtur vocabulo *εξεκλασθησαν* (*εξεκλασθ.* enim legit Chrys. ut ℵAC al. pro *εκλασθ.*, quam lectionem commendat Blass ex cdd. BD* al.) neque probandam esse lectionem reor *ενεκεντρισθης* praesertim' cum lectio vulgata congruat optime cum Paulina cogitandi ratione. (Cf. 2. Cor. 1^{24}, et Gal. 5^{1}.)

12^{2}. *και* ante *μη* om. sicut 47 txt. 67** guelph go (item cd. Ath. a von der Goltz inventus).[1])

13^{6}. *θεου γαρ εισι λειτ. εις. τουτο αυτο* hoc ord. (Vid. supra 6^{10}).

13^{9}. *ου κλεψεις, ου ψευδομ.* (omisso *ουκ επιθυμησεις.*)

13^{13}. *μη ερισι και ζηλοις.*

13^{14}. Addit *ημων* post *κυριον.*

16^{1}. *διακονον ουσαν* (*και* om.) hoc ord.

---

1) Cf. Lic. Ed. von der Goltz, "Eine textkritische Arbeit des zehnten Jahrhunderts", p. 33. (Texte u. Untersuchungen) N. F. II. 4.

16^{3}. *συλλειτουργους* pro *συνεργους*. (Vide supra.)

16^{8} }
16^{22} } *εν κυριω* om.

1. Cor. 1^{28}. *εξελεξατο ο θεος* om. Chr. sicut Marc.

2^{14}. *του θεου* om. Chr. et al.

3^{12}. *δε* om.

4^{7}. *τι γαρ* pro *τι δε*.

4^{15}. *πολλους* pro *μυριους*.

5^{10}. *τοις* ante *πλεονεκταις* om.

6^{5}. *μεταξυ* pro *ανα μεσον*.

6^{9}. *η* om.

6^{15}. Ante *Χριστου* priore loco praemittit *του*.

7^{14}. *αρα* om.

7^{30}. Addit *εν κτησεσιν* post *οι χαιροντες*.

7^{37}. *εξουσ. δε εχων*.

8^{5}. Addit *ουν* post *ωσπερ*.

8^{9}. *τοις ασθενουσι των αδελφων* pro *τοις ασθενεσι*.

8^{11}. *βρωσει* pro *γνωσει*.

9^{12}. Ante *μαλλον* praemittit *πολλω*.

10^{14}. *αδελφοι* pro *αγαπητοι*.

10^{17}. *εσμεν οι πολλοι* hoc ord.

10^{19}. Ab initio *τι ουν φημι; ουχ οτι ειδωλον τι εστιν, η οτι . . .*

οτι ειδωλον tum *οτι ειδωλοθυτον* hoc ord. habent KL syr$^{utr.}$ go al.

Lectionem *ουχ οτι ειδωλον τι εστι* (vel *εστι τι*) verbis tamen *οτι ειδωλοθυτον* praemissis praebent etiam DEFGdefg Amb. Item Tert. (v. Tischdf.) nihil habuisse videtur nisi *ουχ οτι ειδωλον τι εστι* quae quidem possis suspicari sic a Paulo scripta esse. (Cf. quae ex comm. Chrysostomi supra p. 28 exscripsi.) Tum ab alio aliquo additis verbis *η οτι ειθωλοθυτον τι εστι* facile intellegetur quo modo diversa quae codices exhibent et scriptura et ordo effici potuerint.

10^{25}. *δια την συνειδησιν* om. (Fortasse ex v. 27 petitum).

11^{6}. *ει δε* pro *ει γαρ*.

11^{9}. *ο ανηρ* et *η γυνη*. (Similiter Eph. 5^{23} habet Chrys. *ο ανερ*.)

11^{14}. *υμας διδασκει* hoc ord.

11^{21}. *εν τω φαγειν* omittere videtur.

12^{3}. *εν* ante *πνευ. θεου* om.

14^{14}. *προσευξωμαι τη γλωττη*.

14^{19}. *θελω πεντε λογους εν εκκλη*. hoc ord. Chr., velut Marc.

14^{27}. Add. *δε* post *ειτε*.

14^{37}. Add. *γαρ* post *ει* et habet *γινωσκετω* pro *επιγινωσκετω* (velut B) et addit *ταυτα*.

15^{15}. *κατα αυτου* pro *κατα του θεου*. Cf. Tert. res. car. 48 "qui testimonium dixerimus" sine additamento.

15^{21}. *η αναστασις των νεκρων*. Similis est v. 42.

15^{37}. *των τοιουτων* pro *των λοιπων*. Cf. Tert. res. car. 52^{318}: "Si forte frumenti aut alicuius eiusmodi", et Tert. Marc. 5^{10} "Si ponit exempla grani tritici vel alicuius eiusmodi".

15^{48}. *και* ante *οιος* bene om. Chrys. velut Tert. res. car. 10^{310}: "qualis cäelestis". Item in versu sequenti

15^{49}. *και* ante *καθως* om. Chrys. ut Tert. res. car. 10^{310} et Marc. 5^{10} "sicut portavimus": item Or. Cyp. Ir.

16^{12}. *μετα των αδελφων* plane om. quod facile ex versu antecedente huc traduci potuit.

2. Cor. 1^{10}. *και ρυεται* om. cum AD* d e syr$^{sch.}$ — *τηλικ. θανατων* cum d e syr$^{utr.}$ go Or (cf. von der Goltz "Textkrit. Arbeit" p. 69). Thdrt. Hier. Ambrst.

1^{12}. Post *ειλικρινεια* om. *του θεου* ut syr$^{p.\ txt.}$ Thdrt. Ambrst.

1^{13}. *και επιγινωσκετε, καθως και επεγνωτε ημας απο μερους, ελπιζω δε οτι και εως τελους επιγνωσεσθε*. Qui ordo verborum nescio an praeferendus sit cum sententia *ελπιζω δε . . . εως τελους* non nisi ad vocem *ημας* referri possit.

1^{19}. *Χρισ. Ιησ.* om.

2^{1}. *τουτο* om.

2^{10}. *και γαρ εγω, ει τι κεχαρισμαι, δι' υμας*, habet Chrys. in comm.

ο κεχαρισμαι quod in codicibus varie scribitur et vario ordine ponitur bene omittit. Ortum est fortasse vel inde quod primo κεχαρισμαι solum additum est in apodosi, vel quod altera lectio ο κεχαρισμαι pro ει κεχαρ. ex margine in textum recepta est.

3^2. και αναγινωσκομενη et ανθρωπων videtur omittere.

4^1. εχοντες ουν pro δια τουτο εχοντες.

4^2. ενωπιον του θεου om.

4^{10}. φανερωθη εν τω σωματι hoc ord., cum A vg^cle Cop. Tert.

4^{11}. και γαρ pro αει γαρ. (Marc. ημεις γαρ; FG al. ει γαρ.)

Cf. 2. Cor. 13^4 (και γαρ ημεις), ubi apostolus eandem argumentationem et sententiam exposuit. Praeterea perraro vel potius semel (2. Cor. 6^{10}), excepto hexametro citato Tit. 1^{12}, αει a Paulo adhibetur.

4^{14}. ειδοτες bene omittit Chrys. cum πιστευομεν οτι ... εγερει rectius dici videatur atque cum Pauli ratione dicendi consentiat. (Cf. Rom. 6^8 et 10^9). Nec difficile fieri potuit ut illud ειδοτες propter id quod interponitur adderetur.

εχειρας Ιησουν praebet Chrys velut cdd. 17, 73. Item Athos cd. (Vide "Textkr. Arbeit" p. 103). Similiter τον Ιησουν B r. vg. Arm. Tert. res. car. 44 "qui suscitavit Jesum".

5^8. μαλλον om.

5^{12}. υμιν post συνιστανομεν omittit Chrys., quod hic non magis necessarium est quam 6^4 et 3^1.

ινα εχητε καυχαθαι, nisi vero καυχασθαι Chrysostomo potius quam Paulo tribuendum est. (Vide supra.)

5^{15}. κριναντες τουτο et και υπερ παντ. απεθανε om.

6^{16}. η τις pro τις δε, item Tert. Pudic. 15 "Aut qui consensus templo dei" ...

6^{18}. παντοκρατωρ om.

7^6. ο θεος om.

7[8]. Ab initio *ωστε* pro *οτι*, verbis *ωστε με μαλλον χαρηναι* v. 7 exeunte omissis, quod si bene consideraverimus quae sit sententia loci rectius dici videbitur, quoniam *ωστε* ... *ου μεταμελομαι* optime verba *τον υμων ζηλον* sequitur, nec facile intellegetur quae ratio intercedat inter *ωστε χαρηναι* et *οτι μεταμελομαι*. Praeterea series vocum *ωστε* ... *χαρηναι* v. 7 et *νυν χαιρω*, v. 9 et *μαλλον εχαρημεν* v. 13 nemini, nisi fallor, placebit.

8[7]. *ως* (pro *ωσπερ*) ... *περισσευητε*.

8[10]. *προς το υμων συμφερον* pro *τουτο γαρ υμιν συμφερει*.

8[11]. *επετελεσατο* pro *επιτελεσατε*. | *εκ του θελειν* pro *του θελειν*. | *ποιησαι* pro *επιτελεσαι*.

8[22]. *πεποιθ. πολλ. τη εις υμας* om.

9[3]. *το υπερ υμων* om. Chrys. cum F^gr G g 45.

9[7]. *μηδε* pro *η*.

9[13]. *του Χριστου* om. et add. *της* post *κοινωνιας*.

9[14]. *επιποθ. υμας ιδειν*, ut ℵ^c Ambrst.

10[4]. *της στρατειας* om.

10[8]. *υμων* post *καθαιρεσιν* bene omittit Chrys. cum *οικοδομην* et *καθαιρεσιν* hic in commune dici videantur nec ad Corinthios solos pertinere.

10[11]. *τω λογω* iure fortasse omittit Chrysos. cum *δι' επιστολων αποντες* etiam sine *τῳ λογῳ* optime opponatur vocibus *παροντες τῳ εργῳ* antecedatque oppositio inter *λογος* et *επιστολαι*.

10[14]. *ου γαρ μη ως εφικομενοι* praebet txt.

Lectionem *εφικομενοι*, hoc tamen ordine, *ου γαρ ως μη εφικ.* probat comm.: *ουχ απλως παρεγενομεθα, αλλα κατηγγειλαμεν, εκηρυξαμεν, επεισαμεν, κατωρθωσαμεν. Εικος γαρ εκεινους* (scil. *τους ψευδαποστολους*) *και απλως παραγινομενους τοις των αποστολων μαθηταις, εαυτοις το παν λογιζεσθαι, εκ της ψιλης επιδημιας. Αλλ' ουχ ημεις ουτως· ουδ' αν εχοι τις ειπειν, οτι ουκ ισχυσαμεν μεχρις υμων ελθειν, και τω λογω μονον εκτεινομεν την μεχρις υμων καυχησιν· και γαρ και υμιν τον λογον εκηρυξαμεν.*

Fortasse primum scriptum est *ως γαρ μη* (ut B. 114. 116) *εφικομενοι εαυτους*, ut esset enuntiatum interrogativum, tum, *ου* praemisso, enuntiatum declarativum factum, inverso *ως* modo post *μη*, ut Chrysostomus habet, modo post *γαρ*, ut plerique.

11⁷. *οτι δωρεαν ... ευηγγ. υμιν* om.

11^{10}. Addit *μου* post *καυχησις* et omittit *εις εμε*.

11^{31}. *ο ων ευλογητος εις τους αιωνας* om.

11^{32}. *εν Δαμασκω* om.

Casu accidisse ut Chrysos. haec verba saepius omiserit negaverim, quae supervacua fiunt additis illis *την πολιν Δαμασκηνων*.

12^{2}. *εν Χριστω* quoque nescio an bene omittat Chrysostomus.

12^{5}. *ει μη εν ταις ασθενειαις* omittit, quae facile ex v. 9 huc traduci potuerunt.

12^{6}. *εαν δε και θελησω.* congruit bene cum Pauli scribendi ratione. Cf. 1. Cor. $7^{11, 28}$: Gal. 6^{1} : 2. Tim. 2^{5}.

12^{9}. *μαλλον* om.

12^{16}. *αυτος εγω*, quod non est minus idoneum hic quam ad v. 13 et 2. Cor. 10^{1}.

13^{4}. *και γαρ ημεις ει*, et semel *σωζομεθα συν αυτω* pro *ζησομεθα εν αυτω*.

Gal. 1^{1}. *ουδε δι' ανθρωπων.*

1^{5}. *των αιωνων* om.

1^{7}. *ανατρεψαι* pro *μεταστρεψαι*, illud quod fortius est et conatibus adversariorum accuratius respondet qui, ut Paulo videntur, evangelium Christi potius delere quam commutare volunt. Nam id quod praedicant isti ne appellari quidem potest evangelium (vide versum ineuntem) ne dicam Christi evangelium.

1^{22}. *ταις εν Χριστω* omittit, quod cum minus necessarium est tum facile adici potuit.

2^{1}. *παλιν* om.; item Marcion (v. Zahn, Gesch. d. K. II, 497) Iren. Amb. copt.

2^{9}. Add. *Χριστου* (vel *θεου*) post *χαριν*.

2^{16}. *ει μη* pro *εαν μη*.

3^{8}. *εν σοι ευλογη*. hoc. ord.

3^{14}. *εν Χρισ. Ιησ.* omittit et ponit *λαβωσιν* pro *λαβωμεν.*

4^{3}. *δεδουλωμενοι* om.

4^{23}. *κατ' επαγγελιαν* pro *δια (της) επαγγελιας.*

5^{1}. *εξηγορασε* pro *ηλευθερωσεν* quod Chr. ut syr$^{p.}$ habet convenit optime cum sententia saepe in hac epistola expressa: 3^{13}, 4^{5}, (2^{20} *αγορασαντος*(?)), et imprimis cum 1. Cor. 7^{23}. — *υμας* pro *ημας* habet Chr.

5^{5}. *δια πιστεως εν πνευμ.* pro *πνευματι εκ πιστεως.*

5^{7}. *αληθεια μη πειθεσθαι* om. (Vide supra p. 47.)

5^{25}. *ζωμεν ουν (εν) πνευματι και πνευματι στοιχωμεν.*

Ephes. 1^{4}. Addit *και* post *καθως.*

4^{22}. Addit *αυτου* post *απατης.*

4^{30}. *του θεου* omittit Chrys., ut 2, 49, Aeth. al.

του θεου coniunctum cum *πνευμα αγιον* non alibi in Novo Test. invenitur.

5^{8}. Addit *τοινυν* post *τεκνα.*

5^{23}. *ο Χρισ. της εκκλησιας*, omisso *κεφαλη.* (Vide supra.)

5^{27}. Ponit *αυτην* pro *αυτος* et omittit, ut videtur, *την εκκλησιαν.*

5^{28}. *ο αγαπων . . . αγαπᾳ* om.

Philipp. 1^{14}. *τον λογον* sine *του θεου* ut D^{c}K**L al.

1^{27}. *και μιᾳ ψυχῃ.*

4^{3}. *συναντιλαμβανου* pro *συνλαμβανου* quod Rom. 8^{26} et in Septuaginta ter: (Ex. 18^{22}, Num. 11^{17}, Psm. 88^{22}) legitur, alibi tamen admodum raro, verisimilius est a Paulo scriptum quam a Chrysostomo inventum esse.

Coloss. 1^{12}. *τω θεω* pro *τω πατρι.*

1. Thess. 1^{6}. *μιμηται εγεν. του κυρ.* pro *μιμηται ημων εγεν. και του κυρ.*

4^{6}. *αυτου* post *αδελφου* om.

4^{14}. *ο θεος και* pro *και ο θεος;* item B, syr$^{p.}$

5^{1}. *γραφ. υμιν* hoc ord. Chr. cum ℵ 47 syr.$^{utr.}$ Tert. res. car. 24 Hier.

5^{18}. *εν Χρ. Ιησ. εις υμας* om.

2. Thess. 2^{10}. *ἀνθ' ὧν γὰρ* ... ^{11}. *δια τουτο*, sic coniungit, *και* omisso.

1. Tim. 1^{6}. *ματαιολογιας* pro *-ολογιαν*.

2^{1}. *ανθρωπων* om., item Tert. $^{orat.\ 3}$.

3^{11}. *διλογους* pro *διαβολους*.

5^{2}. *πρεσβ. ως μητερας νεωτερ. ως αδελφους* hoc ord.

2. Tim. 3^{11}. *υπεμεινα* pro *υπηνεγκα*.

Philem. ^{22}. *ετοιμασον* pro *ετοιμαζε*.

Diss. philolog. Halenses.

——— Vol. IX. 1888. ℳ. 8,00

Reinecke, G., De scholiis Callimacheis. — Rosenboom, J., Quaestiones de Orphei Argonauticorum elocutione. — Kausche, W., Mythologumena Aeschylea.

——— Vol. X. 1890. ℳ. 8,00

Liermann, O., Analecta epigraphica et agonistica. — Keil, G., De Flavio Capro grammatico quaestionum capita II.

——— Vol. XI. 1890. ℳ. 9,00

Hildebrand, A., De verbis et intransitive et causative apud Homerum usurpatis. — Pusch, H., Quaestiones Zenodoteae. — Meiners, W., Quaestiones ad scholia Aristophanea historica pertinentes.

——— Vol. XII. 1891. ℳ 10,00

Walther, R., De Apollonii Rhodii argonauticorum rebus geographicis. — Schmidt, H., Observationes archaeologicae in carmina Hesiodea. — Gerstenhauer, A., De Alcaei et Sapphonis copia vocabulorum. — Anz, H., Subsidia ad cognoscendum Graecorum sermonem vulgarem e Pentateuchi versione Alexandrina repetita. 4. 1894.

——— Vol. XIII. 1897. ℳ 8,40

Kaiser, B., Quaestiones de elocutione Demosthenica. — Haupt, G., Commentationes archaelogicae in Aeschylum. — Wulf, H., De fabellis cum collegii septem sapientium memoria conjunctis quaestiones criticae. — Haym, C., De puerorum in re scaenica graecorum partibus.

——— Vol. XIV. 1899. ℳ. 10,40

Reinhold, H., De graecitate patrum apostolicorum librorumque apocryphorum novi testamenti quaestiones grammaticae. — Schwandke, G., De Aristophanis nubibus prioribus. — Körtge, G., In Suetonii de viris illustribus Libros inquisitionum capita tria. — Ritter, R., De varrone vergilii in narrandis urbium populorumque italiae originibus auctore.

——— Vol. XV. 1. 1901.

Lippelt, E., Quae fuerint Justini Martyris ἀπομνημονεύματα quaque ratione cum forma evangeliorum syro-latina cohaeserint. ℳ 3,00

Genethliacon Gottingense. Miscellanea philologica in honorem Seminarii Regii philologici Gottingensis scripserunt Philologi Gottingenses XXIV. 1888. gr. 8. ℳ. 7,00

Heydemann, H., Nereiden mit den Waffen des Achill. Ein Beitrag zur Kunstmythologie. Mit 5 Tafeln. 1879. Fol. ℳ 8,00

Heydemann, H., Hallische Winckelmannsprogramme. 4.

I. Zeus im Gigantenkampfe. Mit 1 Tafel. 1876. ℳ. 2,00

II. Die Knöchelspielerin im Palazzo Colonna zu Rom. Mit 2 Tafeln und 2 Holzschnitten. 1877. ℳ. 3,00

III. Mittheilungen aus den Antikensammlungen in Ober- und Mittelitalien. Mit 6 Taf. u. 7 Holzschn. 1878. ℳ. 10,00

IV. Verhüllte Tänzerin. Bronce im Museum zu Turin. Mit 1 Tafel und 2 Holzschnitten. 1879. ℳ. 2,00

V. Satyr- u. Bakchennamen. Mit 1 Doppeltafel. 1880. ℳ 3,00

VI. Gigantomachie auf einer Vase aus Altamura. Mit 1 Doppeltafel. 1881. ℳ. 2,00

VII. Terracotten aus dem Museo Nazionale zu Neapel. Mit 3 Tafeln und 1 Holzschnitt. 1882. ℳ. 3,00

Heydemann, H., Hallische Winckelmannsprogramme.

VIII. Alexander der Grosse und Dareios Kodomannos auf unteritalischen Vasenbildern. Mit 1 Doppeltafel und 2 Holzschnitten. 1883. ℳ 2,00

IX. Vase caputi mit Theaterdarstellungen. Mit 2 Tafeln und 2 Holzschnitten. 1884. ℳ 2,00

X. Dionysos Geburt und Kindheit. Mit 1 Doppeltafel und 1 Holzschnitt. 1885. ℳ 4,00

XI. Jason in Kolchis. Mit 1 Doppeltafel 1886. ℳ 2,00

XII. Pariser Antiken. Mit 2 Taf. u. 8 Holzschn. 1887. ℳ 7,00

XIII. Marmorkopf Riccardi. M. 2 Taf. u. 2 Holzschn. 1888. ℳ 2,00

Robert, C., Hallische Winckelmannsprogramme.

XIV. Der Pasiphae-Sarkophag. Mit 4 Tafeln. 1890. ℳ 2,00

XV. Scenen der Ilias und Aithiopis auf einer Vase der Sammlung des Grafen Michael Tyskiewicz. Festschrift zur Eröffnung des archäolog. Museums der Friedrichs-Universität Halle-Wittenberg am 9. Dec. 1891 herausgegeben mit Unterstützung des königl. Universitäts-Curatoriums. Mit 17 Fig. u. 2 farbigen Tafeln. 1891. Gr. Fol. ℳ 10,00

XVI. Die Nekyia des Polygnot. Mit 1 Tafel und 6 Textabbildungen. 1892. ℳ 8,00

XVII. Die Iliupersis des Polygnot. Mit 1 Tafel und 2 Textabbildungen. 1893. ℳ 8,00

XVIII. Die Marathonschlacht in der Poikile und weiteres über Polygnot. Mit 1 Tafel u. 12 Textabbild. 1894. ℳ 12,00

XIX. Votivgemälde eines Apobaten. Nebst einem Excurs über den sogenannten Ares Borghese. Mit 1 Tafel und 7 Textabbildungen. 1895. ℳ 2,00

XX. Römisches Skizzenbuch aus dem achtzehnten Jahrhundert im Besitz der Frau Generalin von Bauer geb. Ruhl zu Kassel. Mit 31 Textabbildungen. 1896. ℳ 8,00

XXI. Die Knöchelspielerinnen des Alexandros. Nebst Excursen über die Reliefs an der Basis der Nemesis von Rhamnus und über eine weibliche Statue der Sammlung Jacobsen. Mit 1 Tafel und 8 Textabb. 1897. ℳ 4,00

XXII. Kentaurenkampf und Tragoedienscene. Zwei Marmorbilder aus Herkulaneum. Nebst einen Excurs über das Heraklesbild in Casa Del Centenario. Mit 2 Tafeln und 7 Textabbildungen. 1898. ℳ 4,00

XXIII. Der müde Silen. Marmorbild aus Herculaneum. Nebst einem Excurs über den Ostfries des sog. Theseions. Mit 1 Tafel und 17 Textabbildungen. 1899. ℳ 3,00

DISSERTATIONES PHILOLOGICAE HALENSES
VOL. XVI PARS 2

QUAESTIONIS CRITICAE IN PLATONIS LACHETEM

SCRIPSIT

EDUARDUS TURNER

DE BOEOTIAE TITULORUM DIALECTO

SCRIPSIT

LEOPOLDUS SADÉE

HALIS SAXONUM
MAX NIEMEYER
MDCCCCIV.

Dissertationes philologicae Halenses cum praefatione Henrici Keili.
Vol. I—XVI, pars I. 1873—1903. 8. ℳ 124,60

— Vol. I. 1873. IV, 334 S. ℳ 6,—

Inhalt: M. Kleemann, Reliquiarum dialecti creticae pars I. glossae creticae cum commentariolo de universa creticae dialecti indole. — G. O. Gutsche, Quaestiones de Homerico hymno in Cererem. — E. Walter, De Taciti studiis rhetoricis. — W. O. Friedel, De sophistarum studiis Homericis. — E. Schinck, De interiectionum epiphonematumque vi atque usu apud Aristophanem. — R. Kohlmann, De verbi graeci temporibus. — K. Zacher, De prioris nominum compositorum graecorum partis formatione.

— Vol. II. 1876. 305 S. ℳ 5,—

Inhalt: Ad. Weingärtner, De Horatio Lucretii imitatore. — G. Votsch, Quaestiones de infinitivi usu Plautino. — Jo. Schmidt, De Herodotea quae fertur vita Homeri. — Aem. Doberentz, De scholiis in Thucydidem. — E. Matthias, de scholiis in Juvenalem

— Vol. III. pars I. 1877. Pag. 1—280. ℳ 6,—

Inhalt: Konradus Zacher, De nominibus graecis in αιος, αια, αιον.

— — pars II. 1878. Pag. 281—319. ℳ 1,—

Inhalt: Aemilius Neidhardt, De Euripide poetarum maxime tragico.

— Vol. IV. pars I. 1877. Pag. 1—110. ℳ 2,40

Inhalt: Richardus Hendess, Oracula graeca quae apud scriptores graecos romanosque exstant, collegit paucasque observationes selectas praemisit.

— — pars II. 1880. Pag. 111—434. ℳ 6,60

Inhalt: B. Huebner, De temporum qua Aeschylus utitur praesentis praecipue et aoristi varietate. — Franciscus Voelker, De Graecorum fabularum actoribus. — E. Lange, Quid cum de ingenio et litteris tum de poetis Graecorum Cicero senserit. — J. Segebade, Observationes grammaticae et criticae in Petronium. — L. Hollaender, De militum coloniis ab Augusto in Italia deductis. — H. Karbe, De centurionibus Romanorum quaestiones epigraphicae.

— Vol. V. pars I. 1878. VII u. Pag. 1—132. ℳ 4,—

Inhalt: J. Schmidt, De seviris Augustalibus. Adjecta est tabula.

— — pars II. 1883. Pag. 133—364. ℳ 4,—

Inhalt: M. Baege, De Ptolemaeo Ascalonita. — Henricus Jungblut, Quaestionum de paroemiographis pars prior: De Zenobio. — H. Koob, De mutis quae vocantur personis in Graecorum tragoediis. — R. Zimmermann, Quibus auctoribus Strabo in libro tertio geographicorum conscribendo usus sit, quaeritur. Pars prior.

— Vol. VI. pars I. 1885. Pag. 1—232. ℳ 6,—

Inhalt: C. Roos, De Theodoreto Clementis et Eusebii compilatore. Accedit epimetrum de Platonis codicibus. — H. Karbaum, De auctoritate ac fide grammaticorum latinorum in constituenda lectione Ciceronis orationum in Verrem. — E. Th. Schulze, De Q. Aurelii Symmachi vocabulorum formationibus ad sermonem vulgarem pertinentibus.

EDUARDUS TURNER:

QUAESTIONIS CRITICAE IN PLATONIS LACHETEM

Scriptores orationis pedestris Atticos opera sua numeris composuisse iam pridem plane cognovit Aristoteles, qui in hac re non solum exemplum eorum imitatus est sed etiam hanc legem huius generis scribendi praescripsit[1]): *ρυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον.* Hanc legem sine dubio elicuit ex artis scribendi observatione inter alios magistri sui Platonis et Isocratis, qui vicissim Thrasymachum, inventorem huius modi componendi secuti erant. Ut ex scriptis Aeschyli Sophoclis Euripidis, ut de ceteris taceam, eruit eas tragoediae leges, quae ad nostram aetatem in eius libro, qui inscribitur *περὶ ποιητικῆς*, pervenerunt, sic optimis orationis pedestris scriptoribus comparatis hanc legem de numeris constituit. Ac ne Cicero quidem huius rei omnino ignarus fuit, qui in eo libro, qui Orator inscribitur, narrat Isocratem in hac arte paene omnes ceteros adeo superavisse, ut ipse iam senex se iuvenem serviliter numeros coluisse fateretur, postea autem a nimia numerorum severitate relaxasse. Itaque numeris quoque modus constitutus est certus, quem aut citra aut ultra progredi non oportet. Eodem spectat etiam quod Aristoteles loco allato adicit: *ρυθμὸν δὲ (δεῖ ἔχειν) μὴ ἀκριβῶς τοῦτο δὲ ἔσται, ἐὰν μέχρι του ᾖ.* Cavendum enim semper erat, ne oratio quid reprehensionis ex numeris acceperet, neve forma numerosa animum audientis a re ipsa avocaret, neve numeri *καταφανέστεροι* fierent, neve carmen exstaret, ubi non deberet, quod Aristoteles ipse planissime admonuit. Cicero autem exemplum Asiaticorum secutus numeros modo in clausulis[3]), non per orationem totam ut Attici, adhibet. Sed iam satis constat

1) Rhet. 3. 8. 1408. b. 30.

2) Orator. 174. 176.

3) De clausulis Ciceroneanis. E. Müller. Kiel. Diss. 1890. — De clausula rhetorica etc. G. Wüst. Strassburg 1881.

hanc rem per saecula permulta nescio quo modo in oblivione iacuisse, nisi forte aures vulgi hebetiores factae essent, quam ut numeros pristinos quanquam accurate adaequatos, tamen argute celatos, diutius agnoscere possent. Iam anno 1867 Ludovisus Campbellus editor et interpres illustris in praefatione editionis suae Platonis Politici et Sophistae conatus ex sermonis ipsius observatione definire ordinem temporum, quibus dialogi Platonici scripti sunt, permulta maximi momenti et ponderis de singulis verbis, nonnulla quoque de numerosa enuntiatorum structura commemoravit. Per annos autem triginta editor hic permodestus observationes suas ab aequalibus neglectas videbat donec Vincentius Lutosławskius, inventor et vocabuli et scientiae, quam "Stilometriam" vocat, librum [1]) emisit, in quo praefationem Campbellanam non legisse pro maximo omnium dedecore habebat. Observationes autem Campbelli magis ad temporum ordinem quam ad numerosam dialogorum compositionem pertinent. Interea viri alii doctissimi operam et studium in numeros perquirendos conferebant. Peters [2]) in programmate gymnasi Parchimensis anno 1883 ostendere conatus est Isocratem sese in numerorum usu ad colas et clausulas astrinxisse. Eodem errore, ut ipse fatetur, laborabat diu etiam Blassius, qui anno 1891 numeros Isocrateos [3]) in programmate Kiliensi tractare coepit, observationes autem accuratiores et uberiores in editionis suae praefationem scriptoris [4]) eiusdem anno posteriore addidit, quarum summam in praefatione Aristotelis [5]) rei publicae Atheniensium anno 1893 editae repetivit. Denuo de eadem re agebat idem editor egregius et indefessus in libro, quem ante hos decem annos de eloquentia Attica scripsit, in quo praeter oratores etiam Platonem tangere non pepercit. Tum demum anno superiore iuris publici fecit librum de numeris apud scriptores artificiosae

1) On the Origen and Growth of Platos Logic, Vincentius Lutosławski. London 1898.

2) De Isocratis studio numerorum. Schulprogramm. Parchim 1883. K. Peters.

3) De numeris Isocrateis. Kieler Programm. 1891. F. Blass.

4) Isocratis Orationes. Leipzig 1885. F. Blass.

5) Aristotelis Ἀθηναίων πολιτεία. Leipzig 1893. F. Blass.

orationis pedestris Atticos[1]), ubi accuratissima diligentia omnes suas observationes de hac re et congessit et amplificavit. Sed ne tum quidem operam et studium in numeris perquirendis illustrandisque consumere desiit, sed nuperrime in Hermae volumen XXXVI et in scripta philosophorum in Theodori Gomperti collecta et in Album Gratulatorium Henrici van Herwerden observationes criticas in Phaedrum, Convivium Lachetem Platonis auxilio usus numerorum contulit. Iam pridem errorem eorum, qui opinati sunt hos scriptores sese in usu numerorum ad cola aut ad clausulas astrinxisse, patefecerat, quo errore Eduardus Norden[2]) in libro suo de oratione pedestri apud Graecos et Romanos usque anno ipso 1898 iactabatur. Phaedro Convivioque per omnes partes, et diversis dialogorum quorundem aliorum locis examinatis numerisque ubique inventis Blassius demum concludit Platonem vocabulum nullum, quin etiam ne ullam quidem syllabam, sine responsione valde accurata scripsisse, immo vero pausis vocis inter verba sive eiusdem loquentis sive plurium disputatorum inter se sermonem excipientium plane neglectis totam orationem numeris artissime conexam composuisse. Non potuit autem tam brevi tempore omnia Platonis scripta perscrutari sed in medio reliquit[3]) utrum omnes dialogi sic compositi essent, an alii paucis locis tantummodo numeros habeant, alii autem per omnes partes. Quae verba nos quoque ad numeros apud Platonem perquirendos incitaverunt, neque ineptum ad eam rem illustrandam videbitur primum examinare eam rationem componendi, quam Plato iam in primo flore aetatis secutus sit, qua de causa inter alias, quae mox apparebunt, Lachetem apponere nobis visum est. Ante hos decem annos plerique credebant formam traditam Platonis scriptorum vix recedere ab ipsa, quam scriptor dedisset, aut certe paucas corruptelas quae inessent facillimo negotio coniecturis removeri posse. Fortuito autem miles quidem in Aegyptum exiturus in bellum secum solacio expeditionis laborum tulit duos Platonis libros ad eam rem

1) Die Rhythmen der Attischen Kunstprosa. Leipzig 1901. F. Blass.

2) Die Antikekunstprosa vom VI. Jahrh. v. Chr. bis in d. Zeit d. Renaissance. Leipzig 1898. E. Norden.

3) Die Rhythmen der Attischen Kunstprosa p. 76.

maxime idoneos, Lachetem de fortitudine et Phaedonem de animorum immortalitate, quorum fragmenta nonnulla pessime habita ad hoc tempus per tot saecula fortuna benigna nobis servavit. Quamvis varium sit indicium virorum doctissimorum de his chartae frustis haec tamen omnibus concedenda sunt: scripta Platonis iam primo post eius mortem saeculo corrupta fuisse, et saeculis tredecim, quae insecuta sunt usque ad tempus codicis Bodleiani irrepsisse multas alias corruptelas, quas tollendi conatus interpretum in universum plane futiles adhuc fuerint. Iudiciis igitur editorum inter se differentibus operae pretium videtur haec fragmenta Lachetis auxilio numerorum explorare et minuti examinare ut, si possimus, de eis quae vulgantur, sapientius iudicemus, et postea ad cetera Platonis scripta purganda emendandaque nos scientius et prudentius applicemus. Quaerendum igitur primum omnium est ex aliis dialogi partibus, utrum numeri omnino in Lachete praesto sint, quorum auxilio inventorum iudicium de chartae lectionibus reddere poterimus.

Priusquam ad numeros Lachetis constituendos transimus, eas numerorum leges breviter enumerare, quas Blassius in scriptis suis copiose exposuit, neque ineptum hoc loco neque perspicuitatis causa inutile videbitur. Has responsionis figuras ille et constituit et designavit: A = aa, bb, cc; B = abba, abbcca; b = ab, ab, abc, abc; D = abccba, abcddcba; rarissime invenitur figura E, in quam redigendae sunt eae responsionis formae, quae a quattuor iam enumeratis leni discrimine distant. In his omnibus figuris constituendis unum licentiae genus ubique legitimum est, ut tribrachys loco dactyli sit. Vocalis longa (vel diphthongus), quae fine vocis ante vocalem posita est, corripitur. Elisio, ubique fieri potest, sicut apud poetas constituenda est, pausis vocis neglectis sive unus loquitur solus sive plures alter ex altero sermonem excipiunt. Raro fit ut et elisio et correptio in eis locis ubi interpungitur neglegi possint. Secundum has leges igitur locos Lachetis paucos disponamus et quaeramus utrum iam in hoc dialogo Plato numeros colere coeperit.

Quaerenti mihi locos idoneos ad testimonium numerorum afferendum duae viae patefactae sunt. Poteram enim aut deligere

eos locos, qui sine ulla formae traditae mutatione facile ad numeros redigi possunt, aut conari ad numeros revocare eos locos, qui congesti ex dialogi partibus diversis diversa orationis genera exhibent. Illa via saltem facilior videtur, altera autem etsi magis ardua tamen ad meliora fortasse ducet, et eo commendanda est. Primum igitur inspice quaeso mecum et initium et finem dialogi; tum placebit genera orationis diversa considerare, in quibus modo unus modo plures inter se sermonem excipientes loquuntur. Incipiamus a primis Lysimachi verbis: *Τεθέασθε μὲν τὸν ἄνδρα μαχόμενον ἐν ὅπλοις, ὦ Νι|κία τε* 178 A.
καὶ Λάχης· οὗ δ' ἕνεκ' ὑμᾶς ἐ[κελεύσαμεν] comparatis cum *[συνθεάσα]σθαί ἐγώ τε καὶ Μελησίας ὅδε, τότε μὲν οὐκ εἴπο|μεν, νῦν δ' ἐροῦμεν. ἡγούμεθα γὰρ χρῆναι* responsionem habemus valde miram et longiorem quam quae ulli casui attribui possit: (⏑⏑–⏑–⏑–⏑⏓⏑⏑⏑⏑⏑⏑––⏓|⏓–⏑–⏑––⏑⏑––⏓). Verba quoque quae interiecta sunt inter se respondent sic: *[ἕ]νεκ' ὑμᾶς ἐκελεύσαμεν συν. = θεάσασθαι ἐχώ τε καὶ Με-*: (⏑––⏑⏑–⏑–⏓). Itaque figura B huius formae ab cc ab constituenda est, a) *Τεθεάσασθε ... Νι.*, b) *κία ... ἐ[κελεύσαμεν]*, a') *[συνθεάσα]σθαι ... εἴπο.*, b') *-μεν ... χρῆναι*, c) *[ἕ]νεκ' ... συν-*, c') *-θεάσασθαι ... Με* ... in qua semel est tribrachys loco dactyli. Porro *γὰρ χρῆναι πρός γ'* paria sunt spondeis binis qui sequuntur *ὑμᾶς παρρη[σιάζεσθαι]*. Tum figuram D huius formae abcddcba habemus sic: a) *[παρρη]σιάζεσθ'. εἰσὶ χάρ τινες, οἱ τῶν τοιούτων καταγελῶσι καὶ ἄν τις αὐ[τοῖς]* compares cum verbis, a') *νοοῦσ' ἀλλὰ στοχαζόμενοι τοῦ συμβουλευομένου ἄλλα λέγουσι πα[ρὰ* (⏑–––⏑–⏑⏑––––––⏑⏑⏑–⏑⏑–⏑⏓). Interiecta sunt primum b) *ουτων καταγελῶσι*: b') *εἴποιεν ἃ νοοῦσιν* (––⏑⏑⏑–⏑) tum c) *καὶ ἄν τις αὐτοῖς συμ-*: c') *-ται οὐκ ἂν εἴποιεν* (⏑–⏑––⏓); denique duo mo- 178 B.
lossi *αὐτοῖς συμ = βουλευσῃ*. Hoc loco numerorum causa mihi videtur *ἄν* pro *ἐὰν* scribendum esse. (De *παρρησιάζεσθ'* et *νοοῦσ'* vide Kühner-Blass. I, 234. 238.) Pergunt numeri sic *[πα]ρὰ τὴν αὐτῶν δόξαν = ὑμᾶς δ' ἡμεῖς ἡγη[σάμενοι]*. Tum figura B sequitur *ὑμᾶς δ' ἡμεῖς ἡγησάμενοι καὶ ἱκανοὺς γνῶναι καὶ* comparanda sunt cum verbis *[δο]κεῖ ὑμῖν, οὕτω παρελάβομεν ἐπὶ τὴν συμβουλήν*, ubi bis est tribrachys loco dactyli

178B. (⏓ – – – – ⏓ ⏑ ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ ⏑ – – – –). Interiecta sunt -*ναι καὶ γνόντας*
ἁπλῶς ἂν = *εἰπεῖν ἃ δοκεῖ ὑμῖν* (– – ⏓ ⏑ ⏑ – ⏓). Porro [*παρε*]-
λάβομεν ἐπὶ τὴν συμβουλὴν περὶ ὧν = *μέλλομεν ἀνακοι-*
νοῦσθ'. ἔστ' οὖν περὶ οὗ verbis *περὶ ὧν* et *περὶ οὗ* similiter
positis (⏓ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – – – – ⏑ ⏑ –). Non dubitamus *ἀνακοινοῦσθαι*
cum elisione scribere etsi fine enuntiati positum, praesertim cum
poetae comici item facere soliti sint; vide Aristoph. Achar. 50
ἐγένετ'· ἐκ vel 51 *εἰμ'· ἐμοί*, vel etiam in eis locis ubi *ἐναλ-*
λαγή, quam grammatici dicunt, adest, ut 139 *ἔπηξ'. ὑπ'.* et
saepe alias. Tum *πε*]*ρὶ οὗ πάλαι τοσαῦτα* = *προοιμιάζομαι*
τόδ'. Hoc loco igitur codex Coislinianus *τοῦτο* recte omisit.
Nunc autem a vocabulo *οὑτοιί* incipit figura A sic: [*οὑ*]*τοιί,*
ὅδε μὲν τοῦδε πάππου ἔ = *χων ὄνομα Θουκυδίδης ἐμὸς*
(⏓ ⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏓) et verba quae interposita sunt inter se re-
179A. spondent ut fieri solet sic: *ἡμῖν εἰσιν* = *ὑεῖς οὑτοι*[*ί*]. Tum
sequitur figura tertia ad syllabas triginta producta, in qua bis
habemus tribrachyn cum dactylo exaequatum: *ἐμὸς δ' αὖ ὅδε·*
παππῷον δὲ καὶ οὗτος ὄνομ' ἔχει τοὐμοῦ πατρός· Ἀριστείδην
γὰρ αὐτὸν καλοῦμεν . . . = [*ὅ*]*περ οἱ πολλοί, ἐπειδὴ μειράκια* |
γέγονεν, ἂν εἶναι | *αὐτοὺς ὅτι βούλονται πο*(*ι*)*εῖν, ἀλλ ἀνῦν δὴ*
(⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏓ | – – ⏑ ⏑ – – – | ⏑ – – ⏑ – ⏓). Quo
tandem casu felici talis responsio fieri potest? In codice quo-
dam deteriore (Urbin. 31. Bekkeri K.) lectio *τούτων οὖν* traditur,
quae videtur ad additamentum scribarum spectare; *ἡμῖν* enim
omisso nemo de sensu huius loci dubitare potest et verba reliqua
sic ad numeros redigenda sunt: *τούτων οὖν δέδοκτ' ἐπιμε* =
ληθῆν' ὡς οἷόν τε μάλι = *στα καὶ μὴ πο*(*ι*)*ησαῖ ὅπερ* (⏓ – – ⏑
– ⏑ ⏑ ⏓ ter). Iam diu exploratum est ex testimonio inscriptionum
179B. Graecos hand infrequenter scripsisse *ποεῖν* pro *ποιεῖν*. Tamen
hoc loco non indignum notatu videtur, quod Execias ille pictor
vasorum scripsit. Solebat enim versibus, senariis maxime, suum
nomen tradere, ex quibus unus hic est: *ΕΧΣΕΚΙΑΣΕΓΡΑ-*
ΦΣΕΚΑΠΟΕΣΕΜΕ.[1]) Neque dubium est quin Plato quoque
hoc vocabulum sic scribere et metiri saepe maluerit. (De *οἷος,*
τοιοῦτος, ποῖος, vide Die Rythmen der Attischen Kunstprosa

1) Klein, Griechische Vasen mit Meistersignaturen p. 39.

p. 39. 113.) Porro *πο(ι)εῖν, ἀλλὰ νῦν δὴ* = *καὶ ἄρχεσθαι* 179 B. *αὐτῶν* (⏑ – – ⏑ – –), tum *-των, ἐπιμελει* = *σθαι καθ' ὅσον οἷ[οί τ']* (– ⏑ ⏑ ⏑ –). Engelhardtus in programmate gymnasi Gedanensis anno 1834 et editione sua huius dialogi primus anacoluthon hoc loco notavit, quem secutus Badhamus verba *ἡγησάμενοι δεῦρο ἐκαλέσαμεν* post *ὄντας* inseruit. Hac coniectura comprobata Schanzius parva quadam mutatione *εἰς συμβουλὴν ὑμᾶς* (syllabas longas sex) *παρεκαλεσαμεν ὅτι* (syllabas breves octo) scripsit sed coniecturam ne Badhami quidem ad numeros redigere potui. Si hoc loco Plato scripsisset, quod Schauzius coniecit, addidisset ut revera fecit (infra 186 A), numerorum gratia etiam alias sex syllabas longas et octo breves. Altera ex parte Christianus Cronius defendit quae tradita sunt: *ὑμᾶς* enim ex *ὑμῖν*, quod supra scriptum sit, esse supplendum et participia *ὑπομνήσοντες* et *παρακαλοῦντες* ad *παρελάβομεν* esse referenda. Verba tradita facile ad numeros revocari possunt sic in hanc figurae alterius formam: ab cc dd ba: [*οἷ*]*οί τ' ἐσμεν, εἰδότες οὖν καὶ ὑμῖν* . . . : *ἄριστοι· εἰ δ' ἄρα πολλάκις μὴ* (⏓ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – –). Interiecta sunt primum b) *ὑεῖς ὄντας ἡγη* = b') [*θερα*]*πευθέντες γένοιντ' ἄ-* (– – – ⏑ – ⏓) porro [*ἡ*]*γησάμεθα μεμε* = *ληκέναι περὶ αὐ*[*τῶν*] (– ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ ⏓). Denique d) *αὐτῶν εἴπερ τισὶν* : d') *ἄλλοις, πῶς ἂν θερα* (– – – – ⏑ ⏑). Meo quidem iudicio Cronius emendationes Badhami et Schauzi recte reiecit neque video cur quicquam emendandum vel mutandum sit. Pergunt inde numeri sic: *προσεσχήκατε τὸν νοῦν* : *τῷ τοιούτῳ ὑπομνή-* (⏓ – – ⏑ ⏑ – –), tum *-σοντες ὅτι οὐ χρὴ αὐτοῦ ἀμελεῖν* : *καὶ παρακαλοῦντες ὑμᾶς ἐπὶ τὸ* (– ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ ⏓). Nunc apparet figura secunda huius formae a bb cc dd a: a) *ἐπιμέλειάν τινα πο(ι)ήσασθαι τῶν ὑ*[*έων*] . . . : a') *ἢ ὀλίγῳ μᾶκρότερα. συσσιτοῦμεν γάρ.* Interiecta sunt primum b) *-έων κοινῇ μεθ' ἡμῶν* = b') *Ὅθεν δ' ἡμῖν ἔδοξε;* tum c) *-μῖν ἔδοξε ταῦτ' ὦ* = c') *Νικία τε καὶ Λά*[*χης*]; (Itaque recte praebet codex Venetus *ἔδοξε ταῦτ'* pro vulgatis *ταῦτ' ἔδοξεν*) denique d) [*Λά*]*χης χρῆ ἀκοῦσαι καὶ ἐὰν* = d') *ἢ ὀλίγῳ μᾶκρότερα* (⏓ ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ ⏓). Sed haec hactenus. Ex hac expositione colligitur Platonem initium quidem Lachetis composuisse numeris, qui tantum abest ut sint aut exigui aut, non satis

179 B. accurate compositi ut bis producantur usque ad tricenas syllabas. In universum sunt numeri sine ulla formae traditae mutatione valde manifesti. Semel quidem additamentum scribarum est per numeros detectum, nam *ἡμῖν* non solum manifesto supervacaneum est, sed etiam figuram responsionis delet. Nunc initio dialogi examinato ad finem convertamur ut discamus num illic quoque numeri observari possint. Placet a prima paginae ducentesimae littera initium apponendi sumere, cum Badhamus, ut solet, stilo verso verba *ᾤμων σε εὑρήσειν* deleverit. Tamen quid nobis interrogantibus respondent numeri?

200 A. Primum figuram quartam monstrant huius formae abcdd'c'b'a': a) *ἀνδρεία ὅ τι ἔστιν.* [*Νι.*] *Οὐ φαινόμεθα.* [*Λα.*] *Καὶ μὴν ἔγωγ', ὦ φί*[*λε*] . . . : a') [*εἶ*]*χον, ὡς τῇ παρὰ τοῦ Δάμωνος σοφίᾳ αὐτὴν ἀνευρήσεις* (⏓–⏓⏑⏑–⏑––⏑⏑⏑––⏑––⏓). Interiecta sunt primum; b) *καὶ μὴν ἐγωγ' ὦ φίλε Νι*[*κία*] . . . : b') [*ἐλ*]*πίδ' εἶχον, ὡς τῇ παρὰ τοῦ* (⏓–⏑––⏑⏑–); tum c) *ὦ φίλε Νικία ᾤ μην* . . . : c') *-νου. πάνυ δὴ μεγάλην ἐλ-* (–⏑⏑–⏑⏑––); denique d) *σ' εὑρήσειν, ἐπειδὴ ἐμοῦ κατεφρό- : νησας Σωκράτει ἀποκριναμένου* (–––⏑⏓⏑⏑–⏑⏑⏓). Verba igitur, quae Badhamus suspecta habebat, longe abest ut delenda sint, numero quidem iudice, neque ceteri editores de via a Badhamo deflexi sunt. Nomen *Δάμων* apud nullum poetam, quod sciam, legitur neque ex radice ipsius nominis certo cognosci potest, utrum prior syllaba brevis sit an longa, etsi parum est verisimile Attico homini nomen fuisse a Dorico *δᾶμος* ductum, multo autem verisimilius subesse stirpem verbi *δᾰμνημι* vel *δᾰμάω* (vide Griech. Personennamen, Fick-Bechtel p. 89). Sed postquam ex tribus locis huius dialogi, ubi Plato hoc nomen scripsit, usus auxilio numerorum syllabam brevem esse perspexi, etiam testimonium certum apud Plutarchum inveni, qui in vitae Periclis capite quarto de hoc nomine scripsit: *διδάσκαλον αὐτοῦ τῶν μουσικῶν οἱ πλεῖστοι Δάμονα γενέσθαι λέγουσι, οὗ φασι δεῖν τοὔνομα βραχύνοντας τὴν προτέραν συλλαβὴν ἐκφέρειν.* Pergunt numeri sic: *ὡς τῇ παρὰ τοῦ Δάμωνος σοφίᾳ αὐτὴν ἀν-* . . . : *Λάχης ὅτι οὐδὲν οἴει συ ἔτι πραγμ' εἶναι;* interiecta verba inter se respondentia pausa vocis separantur, ut fieri solet: [*ἀν*]*ευβήσεις.* : [*Νι*] *Εὖ*

γ', ὦ Λά[χης]. Porro εἶναι, ὅτι αὐτὸς = ἄρτι ἐφάνης ἀν-; 200 A.
et -φάνης ἀνδρείας πέρι οὐ = δὲν εἰδὼς ἀλλ' εἰ καὶ ἐγώ; tum (ἐ)γὼ ἕτερος τοιοῦτος ἀναφανήσομαι : πρὸς : τοῦτο βλέπεις καὶ οὐδὲν ἔτι διοίσει ὡς (ἐ)- [(⏑)⏒⏑⏑–⏑–⏑⏑⏑⏑–⏑–(⏒)];
tum ἔοικε, σοὶ μετ' ἐμοῦ μηδὲν . . . : -ναῖ ὧν προσήκεῖ ἐπί- 200 B.
στήμην (⏑–⏑–⏑⏑––⏒); interiecta sunt μηδὲν εἰδέναῖ : ὧν προσήκεῖ ἐ- (–⏑–⏑⏑). Porro ἐμοῦ μηδὲν εἰδέναι ὧν προσήκει . . . : ἔχειν ἀνδρὶ οἰομένῳ τι εἶναι (⏑––⏑–⏑⏑–⏑–⏒); interiecta sunt ἐπιστήμην = ἔχειν ἀνδρὶ. Figura altera sequitur, cuius initio anapaestum iambi loco habemus id, quod non infrequenter fit: (σὺ) μὲν οὖν μοὶ δοκεῖς ὡς ἀληθῶς . . . : σθαῖ, οὐδὲν πρὸς αὐτὸν (itaque recte B. T.) Βλέπειν ἀλ[λὰ] [(⏑)⏑––⏑––⏑––]; interiecta sunt ἀνθρώπειον = πρᾶγω' ἐργάζε[σθαι]. Porro -πειν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς = ἄλλους· ἐγὼ δ' οἶ[μαι] et ἐγὼ δ' οἶμαῖ ἐμοὶ πὲ = ρὶ ὧν ἐλέχομεν νῦν (⏑–⏒⏑⏑–⏒). Tum figura secunda apparet ἐπιεικῶς εἰρῆσθαι καὶ εἴ . . . : ἐπανορθώσεσθαι καὶ μετὰ (⏑⏑–––––⏑⏒); interiecta sunt τι αὐτῶν μὴ ἱκανῶς εἴρη = ται, ὕστερον ἐπανορθώσε[σθαι] (⏑–⏒⏑⏑⏑–––), cuius numeri membrum alterum fit eodem tempore initium figurae tertiae sic: -ται, ὕστερον ἐπανορθώσεσθαι | καὶ μετὰ Δάμωνος, οὗ συ est una syllaba minoris mensurae quam id, quod sequitur, που οἴει καταγελᾶν, καὶ ταῦτ' οὐδ' (ἰ)δὼν πώποτε τὸν Δάμωνα (⏑–⏒⏑⏑⏑––––(⏑)–⏒⏑⏑–⏑–⏑), ubi nomen Δάμων syllabam priorem bis exhibet brevem, ut Plutarchus, quem nuper adduxi, nos admonuit, et tribrachys bis est par dactylo. Tum sequitur figura secunda huius formae a bb cc aa: [Δά]μωνα, καὶ μετ' ἄλλων, καὶ επειδὰν βεβαι[ώσωμ'] compares quaeso cum his: [δεῖ]σθαι μαθεῖν. [Λα.] Σοφὸς γάρ τοι εἶ, ὦ Νικία = ἀλλ' ὅμως ἐγὼ Λυσιμάχῳ τῷδε καὶ (–⏑–⏑––⏑⏑––⏑–), nam pronomen σύ, ut alias saepe, additamentum alicuis interpretis mihi esse videtur; interiecta sunt primum [βε]βαιώσωμ' αὔτα = διδάξω καὶ σε denique καὶ οὐ φθονήσω· δοκεῖς γάρ = μοι καὶ μάλα σφōδρα δεῖσθαι (⏒–⏑––⏑––). Cum pro geminis eiusdem lectionis formis habere liceat, tamen nolo μάλα σφόδρα in suspicionem vocare, propterea quod similis abundantia πάνυ σφόδρα haud infrequenter apud Platonem invenitur, et verba ipsa iterum in

200 B. Alc. I. 124. D. leguntur, ubi numeri recte se habent: [ἄνθρω]ποι ἀτὰρ νώ γε καὶ μάλ̣α σφόδ̣ρ' ὅτι μὲν = ἐγὼ οὐ ψεύδῃ οὐδὲ
200 C. μὴν ὅτι γ' ἐγώ (⏑⏑––⏑–⏑–⏑⏑⏑⏓). Quae sequuntur proxime abest ut in figuram tertiam redigi possitet, in qua syllabae -ω σὲ μὲν κἀμὲ repentendae sint, sic: Μελησίᾳ συμβουλεύω, σὲ μὲν κἀμὲ (-ω, σε μὲν κἀμὲ) περὶ τῆς παιδεί = ας τῶν νεανίσκων χαίρειν ἐᾶν Σωκράτη δὲ τουτονί, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς (⏓–⏑––––––⏑––⏑[–⏑–⏓⏑]⏑⏑–––). Figura prima sequitur sic: ἔλεγον, μὴ ἀφιέναι· εἰ = δὲ καὶ ἐμοὶ ἐν ἡλικίᾳ (⏑⏑⏓⏑ ⏑–⏑⏑–), tum ἦσαν οἱ παῖδες τὰ αὐτ' ἂν = ταὔτ' ἐποίουν. [Νι.] Ταῦτα μὲν καὶ (–⏑––,–⏑––), ubi sine dubio numerorum causa τὰ αὔτ' pro ταὔτ scribere licebit, praesertim cum Blassius iam demonstraverit omnes hos artificiosae orationis pedestris scriptores haud valde appetentes esse κράσεων, quas grammatici dicunt. Porro ἐγὼ ξυγχωρῶ ἐάνπερ ἐθέλῃ Σω = κράτης τῶν μειρακίων ἐπιμελεῖσθαι, tum μηδέν' ἄλλον ζητεῖν ἐπεὶ = κἂν ἐγὼ τὸν Νικήρατον, et ζητεῖν ἐπεὶ κἂν ἐγὼ τὸν = Νικήρατον τούτῳ ἥδιστ'. Talia enuntiata mihi revolventi tam artificiose conformata et inter se artissime contexta semper in mentem venit illa columna[1]) eximia Ephesia, quae sive a Scopa sive ab alio caelata, a quacunque parte visa spectantibus semper exhibet tres inter se cohaerentes figuras, modo Plutonem Proserpinam, Mercurium, deos inferos; modo Proserpinam Alcestimque alteram alteri vale dicturam, inter quas stat viator Mercurius; modo Mercurium viatorem et Alcestim, quam reducturus est superas ad auras, ut ita dicam, et Mortem, modo Alcestim certaminis praemium, Herculem victorem, Mortem victum. Haud minus eleganter quam ille marmoris faber fecit, et procul dubio non sine multa litura Plato enuntiata sua sic castigavit ad unguem et figuras responsionis ad amussim adaequatas copu-
200 D. lavit. — Inde pergunt numeri sic [ἥ]διστ' ἐπιτρέποιμι = εἰ ἐθέλοι οὗτος (⏓⏑⏑⏑–⏑); tum ἀλλὰ γὰρ ἄλλους μοι ἑκά = στοτε συνιστησιν, ὅταν (⏓⏑⏑––⏑⏑–) ubi numerorum causa σ pro ξ scripsi. Responsum Niciae in figura altera sic desinit: τι αὐτῷ περὶ τούτου μνησθῶ αὐ[τὸς] . . . : ἂν μᾶλλον ὑπα-

1) Thanatos. 39. Prog. Winklemann. Fest 1879, v. Robert.

κούοι Σωκράτης; interiecta sunt *-τὸς δ' οὐ θέλει, ἀλλ' ὅρα* = **200 D.**
ὦ Λυσίμαχ' εἴ τι σοῦ. (De *θέλειν* apud Platonem pro *ἐθέλειν*, vide annotationem Schneideri ad Leg. IV. p. 426. D. *τοὺς θελόντας.*) Nunc apparet figura prima in qua correptio vocalis longae ante vocalem in pausa vocis (*Νικίᾱ. ἐ-*) neglecta est. *-οι Σωκράτης.* [*Λυ.*] *Δίκαιόν γέ τοι, ὦ Νικίᾱ. ἐπεὶ κἀγὼ* (sic codices Bekkeri) *τούτῳ πόλλ' ἂν ἐθελήσαιμι = ποιεῖν ἃ οὐκ ἂν ἄλλοις πάνυ πολλοῖς θελοιμι. πῶς οὖν φῄς, ὦ Σώκρατες: ὑπακούσει τι* (––⏑–⏑––⏑⏑––⏑–⏑–––––⏓⏑⏑⏑–⏑⏑). Porro *ὑπακούσει τι καὶ ξυμπροθυμή . . . : [μει]ρακίοις;* [*Σω.*] ***Καὶ** γὰρ ἂν δεινὸν εἴη*, interiecta sunt *-σει ὡς βελτίστοις : γενέσθαι τοῖς μει-* tum *ὦ Λυσίμαχε = τοῦτό γε μὴ ἐ[θέλειν].* Iterum figura secunda: *μὴ ἐθέλειν τῷ ξυμπρο . . . = διαλόγοις τοῖς ἄρτι* (⏑⏑⏑–––⏑), interiecta sunt *ξυμπροθυμεῖσθαι ὡςβελτιστῳ γενέσθ', ει μὲν οὖν ἐν τοῖς* (–⏑––⏑–––). Verbis *ἐγὼ μὲν ἐφάνην εἰδὼς τώ[δε]* repetuntur proxima priora *ἐν τοῖς διαλόγοις τοῖς ἄρτι* (⏓–⏑⏑⏑–––⏓). Figura altera sequitur huius formae abbcca: a) *φάνην εἰδὼς τώδε δε μή . . .* a') *ὁμοίως γὰρ πάντες ἐν ἀ-* (⏑–––––⏑⏑⏑); interiecta sunt primum b) *εἰδόπε δίκαιον ἂν* = b') *ἦν ἐμὲ μαλιστ' ἐπὶ* (–⏑⏑⏑–⏑⏑), denique c) *τοῦτο τὸ ἔργον* : c') *παρακαλεῖν νῦν δ'* (⏓⏑⏑–⏓). Nunc sequitur *πάντες ἐν ἀπορίᾳ = ἐγενόμεθα τί οὖν* (⏓⏑⏑⏑⏑⏑⏓). Licet fortasse has duas figuras proximas priores sic coniungere in formam figurae alterius abbcca *-φάνην εἰδὼς τώδε δὲ μὴ εἰδότε δίκαιον ἂν ἦν . . . : ὁμοίως γὰρ πάντες ἐν ἀπορίᾳ ἐγενομεθα* (⏑––––⏑⏑⏑⏓⏑⏑⏑⏓⏑⏑⏓), b) *δίκαιον ἂν ἦν ἐμὲ* = b') *μάλιστ' ἐπὶ τοῦτο τὸ*; denique c) *τοῦτο το ἔργον* : c') *παρακαλεῖν νῦν δ'-*, quod est testimonio Platonem quamvis **200 E.**
multis syllabis brevibus congestis totidem alias numerorum gratia adicere solitum esse. Pergunt numeri sic *-μεθα τί οὖν ἄν τις ἡμῶν = τινὰ προαιροῖτ'; ἐμοὶ μὲν* (⏑⏑⏑––⏑–⏓), tum *ἐμοὶ μὲν οὖν δὴ αὐτῷ δο = κεῖ οὐδέν'. ἀλλ' ἐπειδὴ ταῦθ'* (⏑–⏑–⏑––⏓). Figura tertia sequitur: *ἐπειδὴ ταῦθ' οὕτως ἔχει σκέψασθ' ἄν τι δόξω = ξυμβουλεύειν ὑμῖν ἐγὼ* (*-γω*) *γάρφημι χρῆναι* (⏓––––––⏑–(–)––⏑––). Quamquam licet *ἐγὼ γάρ φημι χρῆναι, ὦ ἄνδρες οὐδεὶς γὰρ* cum verbis *ἡμῖν αὐτοῖς διδάσκαλον ὡς ἄριστον δε-* comparare et quamquam

200 E. propter similitudinem soni positionisque verborum numerus *ἡμᾶς ζητεῖν μάλιστα μὲν* = *ἡμῖν αὐτοῖς διδάσκαλον* gratissimus
201 A. est, tamen simplicior mihi videtur haec numerorum dispositio: a) *ἐγὼ γάρ φημι χρῆναι ὦ* | *ἄνδρες* | — b) *οὐδεὶς γὰρ ἔκφορος* ... : a') *ἡμᾶς ζητεῖν* |*μάλιστα μεν* | *ἡμῖν* | b') *αὐτοῖς διδάσκαλον*, interiecta sunt c) *λόγου* — *κοινῇ πάν* = c') *τας ἡμᾶς ζητεῖν*, ut figura secunda exstet, cuius membra extrema formam figurae tertiae solitam exhibent sic: abcc'a'b', quam statuere eo minus dubito quod inter a et b non solum vocis pausa sed etiam parva quaedam sententiae interruptio intercedit (⏓ – – – ⏑ – ⏑ ⏑, – ⏓ | – – ⏑ – ⏑ ⏓). *-σκαλον ὡς ἄριστον, δεόμεθα* = *γάρ, ἔπειτα καὶ τοῖς μειρακίοις* (⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏓ ⏑ ⏑ ⏓), tum *τοῖς μειρακίοις, μήτε̄ χρημά : των φειδομένους μήτ' ἄλλου μη*[*δενός*] (– – ⏑ ⏑ – – – – ⏓). Porro *μήτ' ἄλλου μηδενός· ἐᾶν δ' ἡμᾶς αὐτοὺς : ἔχειν ὡς νῦν ἔχομεν οὐ ξυμβουλεύω* (⏓ – – – ⏑ ⏑ ⏑ – – – – ⏓); tum *λεύω. εἰ δέ τις ἡ* = *μῶν καταγελάσεϑ'* (– ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ ⏓). Iam exploratum est anapaestum loco spondei aut iambi in numeri initio poni posse, ut nil obstet quominus figu-
201 B. ram primam sic constituamus: *ὅτι τηλικοίδ' ὄντες εἰς* = *διδασκάλων ἀξιοῦ*[*μεν*] ((⏑) ⏑ – ⏑ – – ⏑ –). Sed valde mirum est quam similia sint haec verba verbis, quae longo quidem intervallo antecedunt. Nam [*φη*]*μι χρῆναι ὦ ἄνδρες* — *οὐδεὶς γὰρ ἔκφορος λόγου* — *κοινῇ* ... paene eiusdem mensurae sunt atque [*καταγε*]*λάσεϑ', ὅτι τηλικοί δ' ὄντες εἰς διδασκάλων ἀξι*[*οῦμεν*] (⏑ ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏑ – – ⏓). Porro *-σκάλων ἀξιοῦ μεν φοιτᾶν τὸν* = *Ὅμηρον δοκεῖ μοι χρῆναι προ-* (⏑ – – ⏑ – – – – ⏑). Nunc *προβάλλεσϑαι, ὃς ἔφη οὐκ ἀγαϑήν* compares quaeso cum verbis antecedentibus *τις ἡμῶν καταγελασεϑ, ὅτι τη-*. Itaqae haud scio an haec verba in figuram alteram abbcca redigenda sint, *βουλεύω, εἰ δέ τις* comparatis cum *ἡμῶν καταγελά-* (– – ⏑ ⏓ ⏑ ⏑).

τις ἡμῶν καταγελασεϑ', ὅτι τη-
τηλικοιδ' ὄντες εἰς δι-
δασκάλων ἀξιοῦμεν
σκάλων ἀξιοῦμεν φοιτᾶν τὸν
Ὅμηρον δοκεῖ μοι χρῆναι προ-
προβαλλεσϑαι, ὃς ἔφη οὐκ ἀγαϑήν.

Porro -σθαι, ὃς ἔφη οὐκ ἀγαθὴν εἶναι αἰδῶ = κεχρημένῳ 201 B. ἀνδρὶ παρεῖναι. καὶ ἡμεῖς; tum οὖν ἐάσαντες χαίρειν εἴ τίς τι ἐρεῖ = κοινῇ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν μειρακίων; et -κίων ἐπιμέλειαν = πο(ι)ησώμεθ'. [Λυ.] Ἐμοὶ μὲν; μὲν ἀρέσκει, ὦ Σώκρατες ἃ λέγεις καὶ : ἐθέλω. | ὅσῳπερ γεραίτατός εἰμι. Hic syllaba ultima vocabuli ἐθέλω ante vocalem in vocis pausa produci potest. Blassius autem in libro qui Album Gratulatorium Henrici van Herwerden inscribitur, proposuit ἐθέλω γ', quod disputatores "immo volo" respondere solerent. Porro ὅσῳπερ γεραίτατος εἶ = μι τοσούτῳ προθυμότατα ([⏑]⏑–– ⏑–⏑⏑⏓). Anapaestus enim in numeri initio pro spondeo aut iambo ferri potest. Sin autem neges formam traditam hoc loco quidem mutari debere, numeros adesse tamen nullo modo negare possis. Nempe sine ulla mutatione haec verba sic ad numeros 201 C. redigere possumus: λέγεις· καὶ ἐθέλω, ὅσῳπερ = γεραίτατός εἰμι τοσούτῳ (⏑–⏑⏑⏓⏑⏑––): tum ἐθέλω, ὅσῳπερ γεραίτο = τός εἰμι τοσούτῳ προθυμό- (⏑⏓⏑⏑––⏑–⏑) et -τατα μανθάνειν = μετὰ τῶν νεαν-; porro -νίσκων. ἀλλά μοι οὕτω = σί ποιῆσον ἕωθεν. Blassius, qui in libro allato hunc locum ad numeros redegit, admonet αὔριον supervacaneum esse cum ἕωθεν per se vim eandem atque "cras" vel "cras mane" habere soleat, et Socrates paullo minus respondere videatur quam rogatus sit, quod contra deceret. Non solum supervacaneum est αὔριον, sed numeros turbat, quo omisso sequentia recte se habent omnia: ἕωθεν ἀφίκου οἴκαδε καὶ μὴ ἄλλως πο(ι)ήσῃς ἵνα βου . . . : σονουσίαν διαλύσομεν. [Σω.] Ἀλλὰ ποιήσῶ, ὦ Λυσίμαχε (⏑–⏑⏓⏑⏑–⏑⏑–⏑––⏑––⏑⏑⏓). Codices optimi exhibent διαλύσομεν, neque video cur editores lectionem codicum deteriorum tuiti sint. Interiecta sunt -σῃς ἵνα βουλευσώμε = θα περὶ αὐτῶν τούτων et περὶ αὐτῶν τούτων = τὸ δὲ νῦν εἶναι τήν. Denique Λυσίμαχε ταῦτα καὶ = ἥξω παρά σ' αὔριον et σ' αὔριον ἐὰν = θεὸς ἐθέλῃ. Sic omnia ad numeros redigere potuimus, etsi non sine ulla mutatione, sed tamen ut ad coniecturam confugiendum esset, rarissime fiebat. Numerorum enimvero est hoc unum opus, corruptelam correctionemque, morbum et medelam monstrare, quo officio etiam hoc loco functi sunt. Iam satis plane ostendisse

201 C. mihi videor Platonem et initium et finem huius dialogi numeris composuisse. Convertamur igitur ad genera orationis diversa in aliis dialogi partibus. Non inutile ad eam rem erit apponere locum quemdam, ubi oratio loquentis ab ceteris disputatoribus non interrumpitur. Itaque inspiciamus orationem Lachetis, quae
182 D. a littera D paginae 182 initium capit: *Ἀλλ' ἔστι μέν, ὦ Νικία, χαλεπὸν λέ = γειν περὶ ὁτουοῦν μαθήματος, ὡς οὐ* (–⏓⏑⏑ ––⏑–⏑⏑–⏓), quo loco paeana quartum pro choriambo, licentiam illam legitimam apud hos scriptores habemus. Inde a figura secunda numeri pergunt sic: *-θήματος, ὡς οὐ χρὴ μανθά(νειν)* . . . = *[ἀγα]θὸν δοκεῖ εἶναι καὶ δὴ καὶ* (–⏑⏑––––⏓); interiecta sunt *-νειν πάντα γὰρ ἐ = πίστασθαι ἀγα[θόν]* (––⏑⏑⏑). Porro *καὶ τὸ ὁπλιτικὸν τοῦτ' εἰ μέν = ἐστι μάθημ' ὅπερ φάσ' οἱ δι[δάσκοντες]* (–⏑⏑–⏑–––⏑). Sed *ὁπλιτικὸν τοῦτ' εἰ μέν εστι* idem est atque *φάσ' οἱ διδάσκοντες, καὶ οἷον*, iambo cum spondeo in numeri initio exaequato; tum *[οἷ]ον Νικίας λέγει = χρὴ αὐτὸ μανθάνειν;* porro *μανθάνειν εἰδ' ἔστι μὲν = μὴ μάθημ' ἀλλ' ἐξαπα-* tum *[μά]θημ' ἀλλ' ἐξαπατῶσιν οἱ = ὑπισχνούμενοι, ἢ μάθη[μα]* (⏓––⏑⏑–⏑–). Sed a participio *ὑπισχνούμενοι* incipit figura altera sic: *ὑπισχνούμενοι, ἢ μάθημα μὲν τυγ[χάνει]* . . . : *τί καὶ δέοι ἂν αὐτὸ μανθάνειν; λέ[γω]* (⏑–⏓⏑⏑–⏑–⏑–⏓); interiecta sunt *τυγχάνει ὄν, μὴ μέν = τοι πάνυ σπουδαῖον* (–⏑⏑–––), tum figura prima *[λέ]γω δὲ ταῦτα περὶ = αὐτοῦ εἰς τάδ' ἀπο-* (–⏑–⏑⏑⏑); iterum figura quarta (abccba) *αὐτὸν εἰς τάδ' ἀποβλέψας ὅτι οἶμαι . . . : οὐδὲν ἄλλο μέλει ἐν τῷ βίῳ ἢ τοῦτ'*. Interiecta sunt primum *βλέψας ὅτι οἶμαι ἐγὼ τοῦτ', εἴ τι ἦν οὐκ . . . : -θέναι Λακεδαιμονίους, οἷς οὐδὲν ἄλλο*, deinde *τοῦτ' εἴ τι ἦν = οὐκ ἂν λελη-*. (aa') –⏑–⏑⏑⏑––⏑⏑–⏓; bb') ⏓–⏑ ⏑–⏑⏑–––⏑–⏓; cc') ––⏑–). Porro *-λει ἐν τῷ βίω ἢ τοῦτō = ζητεῖν καὶ ἐπιτηδεύειν* (⏓–⏓⏑⏑–––); tum *-πιτηδεύειν ὅτι ἂν = μαθόντες καὶ ἐπιτή[δεύσαντες]* (⏑––⏓⏑⏑–).
183 A. Numeri continuantur in forma figurae primae sic: *-πι τηδεύσαντες πλεονε = κτοῖεν τῶν ἄλλων περὶ τὸν* (⏓––––⏑⏑–). Figura altera huius formae, abbcca, sequitur: a) *[πε]ρὶ τὸν πόλεμον, εἰ δ' ἐ . . . = [αὐ]τὸ τοῦθ' ὅτι ἐκεῖνοι* (⏑–⏑⏑⏑–⏓); interiecta sunt primum b) *[πόλε]μον εἰ δ' ἐκείνους ἐ = λελήθει,*

ἀλλ' οὐ τού[τους] (⏑–⏑––⏓); deinde c) *οὐ τούτους γε τοὺς* 183 A.
διδασκά = λους αὐτοῦ λέληϑεν αὐτὸ (–––⏑–⏑–⏑). Itaque iniuria scripsisse Schanzium *'λελήϑειν* pro *λέληϑεν*, quod codices omnes tradiderunt, apparet aeque ex numeris atque ex sermonis contextu ipso, ut Cronius recte cognovit (vide Laches p. 31 erk. v. C. Cron). Nunc sequitur figura quarta, cuius membra extrema sunt *μάλιστα τῶν Ἑλλήνων σπουδάζουσιν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις* ... : *[ποι]ητὴς παρ' ἡμῖν τιμηϑείς, τοιγάρτοι ὃς ἂν οἴηται τρα*|- (⏓–⏑––––––––⏑⏑⏑––––); interiecta est bis figura secunda sic: *καὶ παρ' ἐκείνοις ἂν* ... *καὶ παρὰ τῶν ἄλλων*, verbis interiectis inter se respondentibus *ἄν τις τιμη = ϑεὶς εἰς ταῦτα*. Notatu digna sunt verba *καὶ παρὰ* et *καὶ παρ' ἐ*, quae in numeri initio similiter posita sunt; delendum enim est supervacaneum *ὅτι*, quod figuram responsionis turbat; tum -*ρὰ τῶν ἄλλων πλεῖστ' ἂν ἐργά*- ... : -*δίας ποιητὴς παρ' ἡμῖν* (⏑––––⏑––) verbis interiectis iterum inter se respondentibus -*ζοιτο χρήματ'. ὥσπερ γε καί τραγῳ*- (–⏑–⏑–). Nunc apparet figura secunda huius formae (abbacca): a) *τιμηϑεὶς, τουγάρτοι ὃς ἂν οἴηται τραγῳ [δίαν]* ... = *οὐκ ἔξωϑεν κύκλῳ κατὰ τὰς ἀλλὰς πόλεις* ... = *ται, ἀλλ' εὐϑὺς δεῦρο φέρεται καὶ τοῖς δ' ἐπι* ... (⏓––––⏓⏑⏑–––⏑⏓). Interiecta sunt primum *τραγῳδίαν = καλῶς ποιεῖν*. Denique *ἐπιδείκνυμενος = περιέρχεται ἀλλ'* (⏑⏑–⏑⏑–). Hartmannus igitur recte, ut opinior, delevit verba *περὶ τὴν Ἀττικήν*, de quibus scripsit in libro suo qui "De emblematis in Platonis textu obviis" inscribitur; "his demum verbis eiectis apte inter se opponuntur *κατὰ τὰς ἄλλας πόλεις* et *δεῦρο*". Pro *ἐπιδείκνυσι* tradito coniectum est a Badhamo *ἐπιδείνυται*, quod Schanzius parva quadam mutatione recepit; lectione autem codicum omnium tuita figuram tertiam sic constituere possumus:
[φέ]ρεται καὶ τοῖσδ' ἐπιδείνν|σιν εἰκότως τοὺς δ' ἐν ὅπλοις 183 B.
μαχομένους ἐγὼ τούτους : ὁρῶ τὴν μὲν Λακεδαιμον'|ἡγουμένους εἶναι ἄβατον ἱερὸν καὶ οὐδ' ἄκρῳ (⏑–––⏑⏑–⏓| ⏓–⏑––⏑⏑⏓⏑⏑⏑–⏑–––). Cur tandem lectionem traditam non retineamus? Conferas quaeso Leg. VII 817 D. *ἐπιδείξαντες ᾠδάς;* vel II 658 B. *ἐπιδεικνύναι ῥαψῳδίαν, κιϑαρῳδίαν, τραγῳδίαν* (sicut hoc Lachetis loco), *κωμῳδίαν,*

183B. vel Euthyd. 274 A. *ἐπιδεικνύναι σοφίαν*, vel denique Xen. Conv. 3. 3, ubi *σοφίαν* supplendum est, sicut hoc loco *τραγῳδίαν*. Cur igitur non licet etiam Platoni hoc loco *ἐπιδείκνυσι* (*τραγῳδίαν*) dicere? Badhamus fortasse propter participia proxima *ἐπιδεινύμενος* et *ἐπιδεικνυμένους* de recta via paululum descessit. Sed nolo pluribus in re minime dubia morari. Recte se habent etiam numeri proximi sequentes: *οὐδ' ἄκρῳ ποδὶ ἐπιβαίνοντας κύκλῳ δὲ περιιόντας* (———⏑⏑⏑⏑—⏓). Tum *-ριόντας αὐτὴν καὶ πᾶσιν μᾶλλον ἐπιδεικνυ(μένους)* . . . : *μάλιστα τούτοις οἳ κἂν αὐτοὶ ὁμολογήσει[αν]* (⏑—⏑————⏑ ⏓⏑⏑⏑—⏓). Interiecta sunt *-μένους καὶ* = *μάλιστα*. Porro *-αν πολλοὺς σφῶν προτέ* = *ρους εἶναι πρὸς τὰ τοῦ* (————⏑⏓). Tum in pausa vocis est correptis syllabae longae ante vocalem neglecta sic: *πολέμōῡ. Ἔπειτ' ὦ Λυσίμαχ' οὐ πάνυ* = *ὀλίγοις ἐγὼ τούτων παραγέγον' ἐν* (⏑⏑—⏑———⏑⏑⏓⏑⏑). Sequitur figura tertia, in qua vocabulum *αὐτῷ* repetere licet cum commodo numerorum *-γοις ἐγὼ τούτων παραγέγον' ἐν αὐτῷ* (*αὐτῷ*) *τῷ ἔργῳ, καὶ ὁρῶ οἷοί* = *εἰσιν ἐξ ἐστιν δὲ καὶ*
183C. *αὐτόθεν ἡμῖν σκέψασθαι. ὥσπερ γὰρ ἐπίτηδες* (—⏑———⏑⏑ ⏑⏑⏑——|——⏑——⏑⏑⏑—⏑). Tum sequitur figura quarta: *-δες οὐδεὶς πώποτ' εὐδόκιμος γεγο* . . . : *-δευσάντων. καίτοι εἴς γε τὰ ἄλλα πάντ'* interiecta sunt *-κιμος γέγονεν ἐν τῷ πολέμῳ* = *ἀνὴρ τῶν τὰ ὁπλιτίκ' ἐπιτη-* (⏑—⏑⏑⏑——⏑⏑—) *ἐκ τούτων οἱ ὀνομαστοὶ* comparatis cum *-σθαι. ὥσπερ γὰρ ἐπίτηδες*, ut figura formam abccba exhibeat. Porro *-νομαστοὶ γίγνονται, ἐκ τῶν ἐπιτηδευσάντων* = *ἕκασθ', οὗτοιδ', ὡς ἔοικεν παρὰ τοὺς ἄλλους οὔ[τω]* (⏑————⏑——⏑⏑————). Quid manifestius esse quam responsio sequens potest? *οὕτω σφόδρ' εἰς τοῦτο δεδυστυχήκασιν ἐπεὶ* = *καὶ τοῦτον τὸν Στησίλεων, ὃν ὑμεῖς μετ' ἐμοῦ* (——,———⏑⏑—,⏑——⏑⏑—). Figura altera sequitur, cuius membra extrema formam figurae tertiae notam exhibent sic: abccab: *ἐν τοσούτῳ ὄχλῳ ἐθε|άσασθ' ἐπιδεικνύ-[μενον]* . . . = [*αὐ*]*τοῦ λέγονθ' ἃ ἔλεγεν ἑ|τέρωθι ἐγὼ κάλ-* (—⏑—⏑⏑⏑⏑⏑|⏓—⏑⏑⏑⏓); verba interiecta inter se respondent: *-άσαθ' ἐπιδείκνυμενον* = *καὶ τὰ μεγάλα περὶ αὐ-* (—⏓⏑⏑⏓⏑⏑—). Porro [*κάλ*]*λιον ἐθεασάμην ὡς ἀ* . . . = [*ἐπι*]*δεικνύμενον οὐχ ἑκόντᾱ προσ.* (—⏑⏑⏑—⏑⏑—⏓); interiecta sunt *-ληθῶς ἐπι* =

δεικνύμενον (–⏓⏑⏑). Schanzius igitur videtur *ἐν τῇ ἀληθείᾳ* 183 C.
recte inclusisse, quae verba codex Vaticanus 1029 omisit. Lectiones huius codicis numeri saepe conprobant. Hoc loco autem est numerorum responsum ambiguum. Possumus enim verba interiecta sic apponere (*ἐν τῇ* pro *ὥς ἀ-* supra scripto) *ἀλη-θείᾳ ὡς* = *ἀληθῶς ἐπὶ-* verbis *ἀληθει-* et *ἀληθῶς* similiter positis. Tum sequitur figura D huius formae abbcddca: a) *-βαλούσης γὰρ τῆς νεὼς ἐφ ῆ ἐπε* ... = a') *-πάνον πρὸς τῇ λόγχῃ οἷον ἀπέβη.* (⏑––––⏑–⏑⏑⏑⏓), tum b) *νεὼς ἐφ ῇ ἐπεβάτευε πρὸς δλ* = b') *κάδα τιν ἐμάχετ' ἔχων δορυδρέ-.* denique c) *πανον διαφέρον δὴ ὅπλον ἅτε καὖ[τὸς]* = c') *τάν-δρός, τὸ δὲ σόφισμα τὸ τοῦ δρεπάνου* (⏓–⏑⏑⏑–⏑⏑⏓⏑⏑5) 183 E.
interiecta sunt d) [*καὖ*]*τος τῶν ἄλλων διαφέρων τὰ μὲν* = (––––⏑⏑⏑–⏑⏑) d') *οὖν ἀλλ' ουκ ἄξια λέγειν περὶ.* Itaque recte omisit Parisinus *E τοῦ* post *δρεπάνου*; tum figuram tertiam sic constituere possumus a) *-νου πρὸς τῇ λόγχῃ οἷ-* b) *οἷον ἀπέβη. μαχομένου γὰρ αὐτοῦ* = a') *πoῦ ἐν τοῖς τῆς νεὼς,* b') *σκεύεσι καὶ ἀντελάβετ' εἷλκεν οὖν ὁ* (⏓–––⏑–| –⏑⏑⏑–⏑⏑⏑–⏑–⏓). Interiecta sunt [*οἷ*]*ον ἀπέβη. μαχο-μένου* = *γὰρ* = *αὐτοῦ ἐνέσχετό που ἐν τοῖς.* Tum figuram primam *τῆς νεὼς σκεύεσι καὶ ἀντελάβετ'* = *εἷλκεν οὖν ὁ Στη-σίλεως βουλόμε*[*νος*] (–⏑––⏓⏑⏑–⏓⏑⏑). Porro figuram alteram huius formae abbccdda: a) *-νος ἀπολῦσαι, καὶ οὐχ οἷός τ' ἦν* ... = a') *-δὴ δὲ παρημείβετ' ἡ ναῦς τὴν ναῦν*: interiecta sunt primum b) *ἡ δὲ ναῦς τὴν* = b') *ναῦν παρῄει;* tum c) *τέως μὲν οὖν παρέθει ἐν* = c') *τῇ νηῒ ἀντε χόμενος;* denique d) *ἀντεχόμενος τοῦ* = d') *δόρατος ἐπειδὴ.* Itaque recte habet Venetus *ἐπειδὴ δὲ.* Figura secunda iterum constituenda est sic: *τὴν ναῦν καὶ ἐπέσπα αὐτὸν* ... : *τῆς χειρός, ἕως ἄκρου τοῦ;* (––⏑⏑–⏑––) interiecta sunt *-έσπα αὐτὸν τοῦ δόρατος ἐχόμε* = *νον κατηφίει τὸ δόρυ διὰ τῆς* (–⏑––– ⏑⏑⏑⏑⏑⏓). Inde numerose pergitur oratio usque ad finem. Minime inepte comparatus est Plato cum poetis tragieis a viris doctis, nempe multa in hoc dialogo scaenica agnosci possunt. Laches ille miles loquax et gloriosus memoria proeliorum priorum adeo stimulatur ut infracta amputataque loquatur. Conferas quaeso quae Engelhardtus (in editione sua et in prog. gymnasi

183 E. Gedanensis anno 1834) de hac re dixit. Sunt enim in hac Lachetis oratione sola non minus quam quattuor anacolutha. Plato igitur *τοῦ μιμεῖσθαι ἕνεκα*, id quod Aristoteles in *περὶ ποιητικῆς* affirmat tragoediae naturae maxime proprium esse, Lachetem excitatum, secundum militum seniorum mores de pugnis prioribus loquentium, enuntiata disiuncta effundentem facit, ipse autem artem arte celando est male contentus nisi omnes hae sententiae infractae legibus numerorum parent et oboediunt. Iam mihi videor numeros in initio fineque huius dialogi, et in hac Lachetis oratione longa satis plane exposuisse. Ne quis autem etiam nunc de hac re minime dubia in dubio sit, reliquum est ut examinem aliquem ex eis locis, ubi disputatores partibus rapide mutatis sermonem inter se excipiunt. Ad eam rem illustrandum mihi maxime idoneus videtur locus
193 C. ad paginam 193 C. ubi Socrates Laches Nicias alter alterius sermonem interrumpens utuntur genere quodam stichomythiae vel potius enallages, si licet appellationes, quibus apud poetas scaenicas uti solemus, ad dialogos transferre. Ad crebram nominum repititionem vitandam recta linea ducta (—) indicavi, ubi disputator alter dicere incipit. Statim apparet figura secunda: *καρτεροῦντα. — Πάνυ γε — Καὶ* ... = *-λουσιν εἰς φρέαρ καταβαί*[*νοντες*]; interiecta sunt *γε — Καὶ ὅσοι* = *δὴ ἐθέλου-* (vel *ἂν ἐθέλω*.). Porro *-νοντες καὶ κολυμ* = *βῶντες καρτερεῖν*, tum *-βῶντες καρτερεῖν ἐν τούτῳ* = *τῷ ἔργῳ, μὴ ὄντες δεινοί* (⏓— — ⏑ — — — ⏓). Porro *ἢ ἔν τινι ἄλλῳ τοιούτῳ* = *ἀνδρειοτέρους φήσεις τῶν ταῦ*[*τα*]. Tum *-τα δεινῶν — Τί γὰρ ἄν τις ἄλλο φαί* = *η, ὦ Σωκρατες; — Οὐδέν, εἴπερ οἴ*(*οιτο*) (⏑ — — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ —), et *-οιτο γ' οὕτως* — : *Ἀλλὰ μὴν οἶ*[*μαι*]; deinde *-μαι γε — Καὶ μήν που ἄφρο* = *νεστέρως γ' ὦ Λάχης οἱ;* sic disputatores sua quisque in vice aut disserere aut respondere sine ulla numerorum intermissione pergunt. *οἱ τοιοῦτοι* = *κινδυνεύου*(*σι*). Tum figuram quartam huius formae habemus abccba: a) *-δυνεύουσί τε καὶ καρτεροῦσιν ἢ* ... = a') *ἄφρων τόλμα τε καὶ καρτέρησις ἐν* (⏓ — — ⏑ ⏑ — — ⏑ — ⏑ ⏓). Haud indigna notatu sunt verba *καὶ καρτεροῦσιν* et *και καρτέρησις* similiter posita: Interiecta sunt primum b) *οἱ μετὰ τέχνης* ... : b') *αἰσχρὰ ἢ, ἄφρων* (— ⏑ ⏑ — —). c) *τέχνης αὐτὸ*

πράττον = c') *τες.* — *Φαίνονται.* — *Οὐκοῦν* (–––⏑––). **198 C.**
Porro *τῷ πρόσθεν ἐφάνη ἡ* = *μῖν οὖσα καὶ βλαβερά* **198 D.**
(––⏑⏓⏑⏑–); tum *-μῖν οὖσα καὶ βλαβερά* — *Πάνυ γ'* — *Ἡ δέ γ'* = *ἀνδρεία ὡμολογεῖτο καλόν τι* (––⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑). et *καλόν τι εἶν'* — *Ὡμολογεῖτο γαρ* = *Νῦν αὖ πάλιν φαμὲν ἐκεῖνο τὸ* (⏓–⏑–⏓⏑⏑–⏑⏓). Tum *αἰσχρόν, τὴν ἄφρονα καρτέρησιν* : *ἀν-* : *δρείαν εἶναι* — *Ἐοίκαμεν.* — *Καλῶς* [(–)–– –⏑⏑–⏑–⏑(–)] et *οὖν σοι δοκοῦμεν λέγειν* = *Μὰ τὸν Δί' ὦ Σώκρατες* (⏓–⏑––⏑⏓). Tum dactylo addito idem numerus repetitur sequentibus:

ἐμοὶ μὲν ουκ	— *Οὐκ ἄρα* | *πον κατὰ*	=	⏓–⏑– | –⏑⏑–⏑⏓
τὸν σὸν λόγον			––⏑– |
δωριστί ἦρ	*μόσμεθ' ἐ* | *γὼ τε καὶ*		.

Sic pergitur figura B. (abccab) *ἐγώ τε καὶ σύ, ὦ Λάχης τὰ* | *γὰρ ἔργ' οὐ ξυμφωνεῖ* . . . : *γάρ, ὡς ἔοικε, φαίη ἄντις* | *ἡμᾶς ἀνδρείας μετ-* (⏑–⏑–⏑–⏑–⏑|⏓––––⏑) interiecta sunt *ἡμῖν τοῖς λόγοις* = *ἔργῳ μὲν γὰρ ὡς* (–––⏑–), *ἔχειν, λόγῳ δ' ὡς ἐγὼ οἴομαι οὐκ ἂν εἰνῦν* = *ἡμῶν ἀκούσαι διαλεγομένων.* — *Ἀληθέ[στατα]* (⏓–⏑––⏑⏑⏓⏑⏑–⏑––). Traditum est *ἀκούσει* et *ἀκούσοι.* De optativo aoristi conferas Phaedr. 241 D. *ἀκούσαις;* 275 D. *δόξαις;* Conv. 202 C. *τολμήσαις;* etiam Demos. 20. 138. *ἐγκαλέσαι;* 143 *δόξαι;* Xen. Hell. 1. 4. 12 *Τολμήσαι;* porro Aristoph. Plut. 1036. 1134; Vesp. 572. 726 et alibi. **198 E.**
ληθέστατα λέγεις — *Τί οὖν; δοκεῖ καλόν* = *εἶν(αι) οὕτως διακεῖσθαι;* — *Οὐδ' ὁπωστιοῦν* (––⏓⏑⏑–⏑–⏑–⏑⏓) si cum Blassio de superacaneo *ἡμᾶς* delendo consentis, sin autem id fieri neges, figura altera sic constituenda est: *θέστατα λέγεις.* — *Τί οὖν; δοκεῖ καλὸν* . . . = *ἡμᾶς διακεῖσθαι;* — *Οὐδ' ὁπωστιοῦν,* ut supra; interiecta sunt *δοκεῖ καλὸν εἶναι οὕτως* = *ἡμᾶς διακεῖσθαι;* — *Οὐδ' ὁ-* (⏓–⏑⏑–⏑–⏓). Corrector codicis *Γ* addidit supra *ᾧ λέγομεν* verba *τῷ λόγῳ,* quae ex ceteris codicibus omissa esse Blassius putat. His verbis ante *ᾧ* insertis, locum ad numeros sic redigere possumus. *-τιοῦν.* — *Βούλει οὖν τῷ* . . . = *τοσοῦτον;* — *Τὸ ποῖον,* interiecta sunt *τῷ λογῳ, ὧ λέγομεν π(ε)ι* = *θώμεθα τό γε τοσοῦτον* (–⏑⏑ ⏓⏑⏑–⏓). Numeri requirunt *πιθώμεθα* loco *πειθώμεθα,* nam *τούτῳ* sine dubio corruptum est, nisi forte hoc verbum orationi

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF C...

193 E. Socratis sequente attribuamus. Numeri autem confirmant coniecturam Blassi, qui *τούτῳ* delerit. — *γομεν πιθώμεθα τό γε τοσοῦτον; — Τὸ ποῖον = δὴ τοῦτο, καὶ τίνι; — Τῷ λόγῳ. δς καρτερεῖν κε*[*λεύει*] [⏓–⏑–⏑⏑⏓⏑⏑––⏑–⏓]. Nunc habe-
194 A. mus responsionem valde miram: *κελεύει, εἰ οὖν* (*οὖν*) *βούλει καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τῇ ζητήσει ἐπιμείνωμεν τε καὶ καρτε*[*ρήσωμεν*] ...: — *Ἐγὼ μὲν ἕτοιμος, ὦ Σώκρατες μὴ προαφίστασθαι, καί τοι ἀήθης γ' εἰμὶ τῶν τοιού*[*των*] (⏑–⏑⏑–(–) ––⏑––⏑⏑–––⏓⏑⏑–––⏑––⏓). Interiecta sunt *ρήσωμεν, ἵνα καὶ μὴ*:

ἀνδρεία καταγελάσῃ ὅτι οὐκ	=	–––⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑–
ανδρείως αὐ-		––––
τὴν ζητοῦμεν, εἰ ἄρα πολλάκις αὐ		–––⏑⏑⏑⏑–⏑⏑–

ἡμῶν αὐτὴ ἡ ἀνδρεί[*α*]. Tum *ἀνδρεία καταγελάσῃ ὅτι οὐκ* = (*ἀνδρείως αὐ*)*τὴν ζητοῦμεν, εἰ ἄρα πολλάκις αὐ*[*τὴ*] (–––⏑⏑⏑⏑⏓⏑⏑–) initio numeri et verbo eodem repetito, vel si melius videatur *ἀνδρείως αὐ = τὴν ζητοῦμεν*, vel forte *οὐκ ἀνδρείως = αὐτὴν ζητοῦ-*. Denique interiecta sunt *εἰ ἄρα πολλάκις αὐτὴ ἡ καρτέρησίς = ἐστιν — Ἐγὼ μὲν ἕτοιμος*
194 B. *ὦ Σώκρατες μὴ* (⏓⏑⏑–⏑⏑–⏑––⏑–⏓). Itaque lectio codicis Vaticani 1029, qui saepe minoris aestimatus est, quam decebat, per numeros confirmatur. Omisit enim hic codex vocabulum *ἀνδρεία*, quod Heusdius addubitabat. Hoc loco *ἡμῶν αὐτῶν* pro *ἡμῶν* et *μὴ καὶ* pro *καὶ μὴ* vulgantur, quorum utraque numerus renuit. A pronomine *με* incipit figura secunda, quam cretici duo (*-των λόγων = ἀλλά τίς*) priori figurae adiungunt. *με καὶ φιλονικία εἴληφεν ... =* [*ἀ*]*ληθῶς ἀγανακτῶ, εἰ οὑτωσί;* interiecta sunt *πρὸς τὰ εἰρημένα. καὶ = ὡς ἀληθῶς ἀγανα*[*κτῶ*]. Sed [*ἀ*]*ληθῶς ἀγανακτῷ εἰ οὑτωσὶ ἃ νοῶ μὴ οἷός τ' εἴμ' ... = ἔμοιγε δοκῶ περὶ ἀνδρείας ὅτι ἔστιν οὐκ οἶδα δ'* (⏓–⏑⏑–⏑⏑––⏓⏑⏑–⏑––⏓); interiecta sunt *-ός τ' εἴμ' εἰπεῖν = νοεῖν μὲν γὰρ*. Iterum habemus figuram secundam: *ὅπῃ μ' ἄρτι διέφυγεν, ὥστε μὴ ξυλ ... = — Οὐκοῦν, ὦ φίλε τὸν ἀγαθὸν κυνηγέ*[*την*] (⏓––⏑⏑⏑⏑–⏑–⏓) verba reliqua respondent inter se sic: *λαβεῖν τῷ λόγῳ αὐτὴν = καὶ εἰπεῖν ὅτι ἔστιν*. Sequitur figura prima: *-την μεταθεῖν χρὴ = καὶ μὴ ἀνιέ*[*ναι*]; et [*ἀν*]*ιέναι. Παντάπασι μὲν οὖν* est

membrum primum figurae alterius, cuius membrum quartum est *Νικίαν τόνδε παρακαλῶ*[*μεν*] (–⏑––⏑⏒⏑⏑–); interiectis verbis — *Βούλει οὖν καὶ* initium numeri repetitur *Νικίαν τόν*[*δε*] sed a verbis *Βούλει οὖν* incipit iterum figura secunda. Ne eisdem verbis saepius utamur, haud scio an melius sit sic figuram primam constituere *ν* paragogico ante *μὲν* scripto: [*ἀν*]*ιέναι* — *Παντάπα* = *σιν μεν οὖν* — *Βούλει οὖν*. Tum figura B huius formae abccab constituere possumus [*βού*]*λει οὖν καὶ Νικίαν τόνδε παρακαλῶμεν ἐπὶ τὸ κυνηγέσιον, εἴτι* . . . = -*ρός ἐστιν* — *Βούλομαι πῶς γὰρ οὔκ;* — *Ἴθι δή* (*δή*) *ὦ* | *Νικία ἀνδράσι φίλοις χει*- (⏑–––⏑––⏑⏒⏑⏑–⏑⏒|⏒⏑⏑–⏑⏑⏑–⏑) interiecta sunt *τι ἡμῶν εὐποβώτε*-, quibus repetitur initium numeri -*ρός ἐστιν* — *Βούλομαι. πῶς*. Porro -*μαζομένοις* (–⏑⏑––⏑–⏑⏑⏒) *ἐν λόγῳ καὶ ἀπο* = *βοήθησον εἴ τιν᾽ ἔχεις*. Itaque immerito addubitavit Hartmannus[1]) verba *καὶ ἀποροῦσι*, nam *ἀπορεῖν* tantum abest ut imaginem Platonicam corrumpat, ut de hominibus *ἐν λόγῳ χειμαζομένοις* aptissime dicatur. Recte enim se habent etiam quae sequuntur. Figura altera apparet: *ἔχεις δύναμιν. τὰ μὲν γὰρ δὴ* . . . = *εἰπὼν ὅτι ἡγεῖ ἀνδρείαν*. Verba interiecta non solum inter se respondent *ἡμέτερ᾽ ὁρᾷς* : *ὡς ἄπορα· σὺ δ᾽* sed etiam repetunt *ἀνδράσι φίλοις χειμαζομένοις* quibus supra usi sumus. Porro *εἶναι ἡμᾶς τε* repetunt verba extrema figurae proximae prioris *ἡγεῖ ἀνδρείαν*, sed ab *ἡμᾶς* incipit figura secunda. Potestne fortasse *εἶναι* omitti ut saepe post *νομίζειν* et *ἡγεῖσθαι*? *ἡμᾶς τε τῆς ἀποριας ἔκ* = *λυσαι καὶ αὐτὸς ἃ νοεῖς τῷ;* tum *λόγῳ βεβαίωσαι* = — *Δοκεῖτε τοίνυν μοι*, denique *κεῖτε τοίνυν μοι πάλαι* = *οὐ καλῶς, ὦ Σώκρατες* (–⏑–––⏑⏑). Sic continuantur numeri per totum dialogum disputatoribus inter se sermonem aut saepe aut raro excipientibus. Neque possum invenire ubi facile desistam, cum manifestum sit et iam pridem a Blassio exploratum Platonem in usu numerorum sese neque colis neque clausulis astrinxisse Nordeno etiam invito. Demonstratum igitur nunc habemus Platonem numeris composuisse initium finemque huius quoque dialogi et orationem Lachetis longam et hunc locum ubi sermo loquentis

194 B.
194 C.

1) Hartmann, "De emblematis in Platonis textu obviis". Leyden 1898.

194 C. ab sodalibus eius saepissime interruptus est. Delegi hos locos ex toto dialogi non eo, quod hi facilius quam alii ad numeros revocari possunt sed potius ut varias dialogi partes et genera orationis diversa illustrarem. Neque necesse est numerorum expositionem ultra producere; testimonium enim est iam satis copiosum. Itaque auxilium in verbis Platonis genuinis restituendis habemus, quod in iudicio de ipsis chartis antiquis ferendo maximi preti est. Convertamur igitur ad illas chartas et auxilio numerorum usi inspiciamus lectiones novas, quae nobis ibi feliciter servatae sunt.

Pars altera.

189 C. Non ineptum videtur primum omnium pauca de chartis ipsis proferre. Inter thesauros Aegyptios post tot annos effossos perspicua sunt illa Phaedonis Lachetisque Platonis fragmenta, quae una cum multis aliis Mahaffius[1]) anno 1891 et iterum anno 1893 iuris publici fecit. De quibus fragmentis disputaverunt multi viri docti, inter alios Mahaffius ipse, Usener, Dielsius, Theodorus Gomperz, nuperrime Hartmannus[2]) in libro iam p. 26 allato, Koellnerus in Philologo anno 1899. Maximam autem laudem meruit Fridericus Blass, qui anno 1898[3]) de lectionibus novis iudicium accuratissima diligentia comparatum reddidit. Hac chartae paginas Stephanianas fere quattuor a littera D p. 189 ad litteram B p. 192 complectuntur. Post librum Mahaffi editum paucis annis alia quoque fragmenta parva inventa sunt, quae commentariolo instructa Gilbertus Smylius[4]) in Hermathenae Dublinensis vulumine XXV iuris publici fecit. Sunt omnino ex Lachete columnae septem (vel columnarum partes) tricenorum versuum, quorum singuli litteras grandes a

---

1) Flinders, Petrie Papyri Part. I 1891, II 1893.

2) Hartmann, Mnemosyne XX p. 152 sq.

3) Ber. der phil. hist. Klasse der Königl. Sächs. Ges. der Wissenschaft zu Leipzig. 1898. Blass.

4) Gilbert Symly, Hermathenae 25. 1899. Dublin.

quintis decimis ad vicenas quartas numero habent. Qui huius 189 C.
rei peritissimi sunt, censuerunt has chartas haud amplius quam quinquaginta post Platonis mortem annis scriptas esse. Tot saeculis igitur antiquiores quam codices quo maxima cum cura inspici autem dignae sunt. Quibus chartis recentiora aliquot saeculis etiam alia papyri fragmenta itidem ex Aegypto extulerunt Grenfellius et Huntius[1]), juvenes Britanni laude dignissimi, quae et ipsi cum commentario ediderunt et Wilamowitzius[2]) breviter tractavit. Haec complectuntur unam tantum paginam Stephanianam 197 A ad 198 A. Nunc ad numeros explicandos pergamus. Ut omnia suo quidque in ordine proprio tractem, incipiam a fragmentis, quae Smylius edidit, a pagina 189 circa
litteram D. Primae litterae, quae legi possunt, ultimae voca- 189 D.
buli *ἀκοYCΛC* sunt, tum post parvo intervallo litterae *TOYΔE*, et in sequente versu *OYTOOTΙΛNYMIN*. Editor commemoravit *καὶ* ante *YMIN* omissum esse, quod Bekkerus codices Parisienses B′ et E secutus inter alios jam expulerat. Quid autem de hoc *καὶ* nobis interrogantibus respondebunt numeri? *λόγοι γένωνται, οὐ πάνυ μέμνημαι.* Compares quaeso cum verbis *ἐγὼ δ'ακούσομαι καὶ ἀκούσας αὖ.* Porro *ὑμεῖς οὖν* repetit finem huius numeri *μέμνημαι* et tum responsio continuatur *λέγετε καὶ διέξιτε πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς περὶ ὧν προυθέμεθ' = μετὰ Μελησίου τοῦδε πο(ι)ήσω τοῦθ' ὅ τι ἂν ὑμῖν δοκῇ* (⏑⏑⏑–⏑–⏓⏑⏑–––⏓⏑⏑––⏑⏓). Quo casu felici potest tam mira responsio ad syllabas triginta producta exstare. Nam haec est forma figurae tertiae legitima, sed *καὶ* ante *ὑμῖν* funditus turbat responsionem et cum charta omittendum est. Smylius arbitratus lectionem codicum longiorem quam chartae coniecit *Πειστέον μέντοι Λυσιμάχῳ τούτῳ*, quae ad numeros redigere non potui. Ego autem non possum intellegere cur mutandum sit: Versus duo enim modo quadraginta litteras habent et alibi chartae singuli versus vicenas ternas syllabas complectuntur. Conferas quaeso 190 E (vide [Blass] Ber. d. phil.-hist. Classe d. köngl. sächs. Ges. der Wiss. zu Leipzig, 1898,

1) Oxyrhynchus Papyri. Vol. II. London 1899, p. 123.

2) Götting. Gelehrte Anzeiger. 1900. p. 49.

189D. p. 199, 200). Conjectura Smyli est tanto brevior, quanto chartae lectio longior videtur. Porro Smylius sibi videbatur litteras ΟΙ ante *Λυσιμάχῳ* legisse, spatio unius litterae interposito. Nunc vocabula chartae inter se non separantur, ut littera *C* hoc spatio inter *I* et *Λ* scribi posset et ipsum *I* facile putetur residuum litterae *H*. De littera *O* Smylius ipse maxime dubitabat, quippe quae in charta non satis distincte legeretur. Sed nolo pluribus de hac re minime dubia. Ambiguum enim nullo modo prorsus est responsum numerorum, *δοκῇ*. [*Σω.*] *Πειστέον, ὦ Νικία τε καὶ* = *Λάχης, Λυσιμάχῳ καὶ Μελησίᾳ* (⏑––⏑⏑––⏑–⏓). Ne unam quidem syllabam delere sine damno numerorum possumus. Porro *Λυσιμάχῳ καὶ Μελησίᾳ ἃ μὲν οὖν νῦν* = *δὴ ἐπεχειρήσαμεν σκοπεῖν τίνες ἢ δι-* (⏓⏑⏑––⏑–⏑⏓⏑⏑–⏓). Pro *οἱ* charta exhibet *ἢ*, de quo numeri decernere non possunt. Nunc finis prioris numeri fiat eodem tempore initium figurae alterius, quae sequitur *-σαμεν σκοπεῖν τίνες οἱ δι* = . . . *μὲν οὐ κακῶς ἔχει ἐξε-* interjecta sunt *-δάσκαλοι ἡμῖν τῆς τοιάντης | παιδείας γεγονασιν* = *ἢ τίνας ἄλλους βελτίους | πεποιήκαμεν, ἴσως μὲν* (–⏑⏑–––––|⏓––⏓⏑⏑–⏑), ut figura hanc formam (a bc bc a) exhibeat, et in charta *εἶχεν* pro *ἔχει* non recte legatur. Tum *-τάζειν καὶ τὰ τοιαῦθ' ἡμῶν αὐτους*

189E. = *ἀλλ' οἶμαι καὶ ἡ τοιάδε σκέψις* (–––⏑–––––⏓): porro *ἀλλ' οἶμαι καὶ ἡ τοιάδε σκέ* . . .: *τι καὶ μᾶλλον ἐξ ἀρχῆς εἴη* (⏓––⏑–––––); interjecta sunt *-ψις εἰς τὸ αὐτὸ* = *φέρει, σχεδὸν δέ* (⏑–⏑–⏑). Quae sequuntur figuram tertiam exhibent sic: *ἐξ ἀρχῆς εἴη ἄν, εἰ γὰρ | τυγχάνομεν ἐπιστάμενοι | ὁτουοῦν περι* . . . = *βέλτιον ποιεῖ ἐκεῖν' ὦ | παρεγένετο καὶ προσέτιγ' | οἷοί τ' ἐσμὲν αὐ-* [a) ––––⏑⏑–– | b) ⏓⏑⏑⏑⏑–⏑⏑⏑| c) ⏑––⏑⏓]; interjecta sunt *-χανομεν ἐπισταμενοι ὁτονοῦν* = *περὶ ὅτι παραγενόμενον τῳ* (⏑⏑⏑⏑⏓⏑⏑⏑⏑––). Sed possumus figuram secundam quoque constituere: *-λον ἐξ ἀρχῆς εἴη ἄν. εἰ γὰρ* . . . = *τῳ βέλτιον ποιεῖ ἐκεῖν' ὦ.* (⏓–––––⏑⏑––) verbis interiectis inter se sic respondentibus *τυγχάνομεν ἐπιστάμενοι ὁτου* = *οὖν πέρι ὅτι παραγενόμενον* (–⏑⏑⏑⏑–⏑⏑⏑⏑– / –⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑–): quod nescio an melius videatur. Nos maxime dolemus, quod charta itiam ibi lacunam habet ubi *τυγχάνομεν* legi debebat, quod nisi

fieret, confirmatam fortasse haberemus illam optimam Stephani 189 E.
conjecturam *τυγχάνομεν* pro *ἐτυγχάνομεν* tradito, quae et ad sensum et ad numerum manifesto idonea est. Pergunt inde numeri *ᾧ παρεγενετο καὶ προσετι γ' οἷοί τ' ἐσμὲν = αὐτὸ πο(ι)εῖν παραγίγνεσθαι ἐκείνῳ δῆλον* (— ⏑ ⏑ | ⏓ ⏑ ⏑ | — ⏓ ⏑ ⏑ — — — ⏑). Neque ad sententiam Bodhami inclinor verba *εἴη ἂν* delenda esse, quippe quae tam necessaria numero sint. Ille enim in editione sua ad hunc locum scripsit „debabat saltem *ἂν εἴη* esse“. Platonem autem numeros magis verborum ordinem curavisse colligitur ex loco legum XII 967 C ubi legimus *πρεσβύτερον εἴη· σωμάτων διανοηθέντες, δ' ὡς νεώτερον ἅπανθ', ὡς εἰπεῖν ἔπος, ἀνέτρεψαν πάλιν ἑαυτοὺς δὲ πολὺ μᾶλλον.* Numquid manifestius esse potest quam ut Plato hoc loco cum commodo numerorum *ὡς εἰπεῖν ἔπος* pro solito *ὡς ἔπος εἰπεῖν* scripserit. Ecce expositionem numerorum: *πρεσβύτερον εἴη σω = πεῖν ἔπος ἀνέτρεψαν* (— ⏑ ⏑ ⏑ — — —); interjecta sunt *σωμάτων διανοηθέντες δ' = ὡς νεώτερον ἅπανθ' ὡς εἰ-* (— ⏑ — ⏑ ⏑ ⏑ — — —); denique *πάλιν ἑαυτοὺς = δὲ πολὺ μᾶλλον.* Plato igitur numerorum gratia ordinem verborum solitum mutavit, sicut poetae metri causa. Ob eandem causam modo *ποιεῖν* spondei mensurae, modo *ποιεῖν* jambi adhibuit, modo *οἷος* (— ⏑) modo *οἷος* (⏑ ⏑), modo *τοιοῦτος* (— — ⏑) modo *τοιοῦτος* (⏑ — ⏑) et alia ut plane sciunt poetae et Attici et alii. Porro *-κείνῳ δῆλον ὅτι αὐτὸ 'γ = ἴσμεν τοῦθ' οὗ περὶ σύμβου-* et *[σύμ]βουλοι* (— ⏑ — ⏑ — ⏑ —) *ἂν γενοιμεθ' ὡς = ἄν τις αὐτὸ ῥᾷστα καὶ.* Num 190 A.
Plato sibi permisit vocalem brevem ante *ῥ* producere, illam apud Homerum et comicos poetas creberrimam licentiam, quae etiam a moribus tragicorum ipsorum non abhorret (vide Die Rhyth. d. Att. Kunstprosa p. 39). In proximo utique numero sequente habemus responsionem valde eximiam littera *ε* ante *ῥ* producta. *ἄριστ' ἂν κτήσαιτ'. ἴσως οὖν οὐ μανθάνετε μου ὅ τι λέγω = ἀλλ' ὦ δε ῥᾷον μαθήσεσθ'. εἰ τυγχάνομεν ἐπιστάμενοι* (⏓ — — — — ⏑ — — — — ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏓ ⏑ ⏑). Tum figuram secundam sic apponere possumus = *-νοι ὅτι ὄψις παραγενομένη = πο(ι)εῖ ἐκείνους οἷς παρεγένετο*, verbis interjectis *ὀφθαλμοῖς = βελτίους* vel tertiam sic *-νοι ὅτι ὄψις παραγενομένη ὀφθαλμοῖς βελτίους = πο(ι)εῖ ἐκείνους οἷς παρεγένετο* (*και προσέθ' =*

190A. *γενετο*) *οἷοί τ' ἐσμὲν ποεῖν* (⏑⏑⏑––⏑⏑⏑⏑⏑⏑––––––).
–⏑⏑

Porro *αὐτὴν παραγίγνεσθ' ὄμμασιν,* = *δῆλον ὅτι ὄψιν γ' ἴσμεν αὐ-* (–⏓⏑⏑–––⏑–) tum *ὄμμασιν δῆλον ὅτι ὄψιν γ'* = *ἴσμεν αὐτὴν ὅτι ποτ' ἐστὶν.* Hoc loco scribenti *ν* paragogicum cum commodo numerorum mihi sine dubio condonari potest. Neque merito addubitavit Bodhamus verba *ἧς περὶ σύμβουλοι ἂν γενοίμεθα ὡς ἄν τις αὐτὴν ῥᾷστα καὶ ἄριστα κτήσαιτο,* quae longe abest ut prorsus inutile additamentum, quod ille (p. 88 suae editionis) censebat, efficiant. Melius autem est *πῶς* pro *ὡς* scribere et figuram primam sic constituere: *ἧς περὶ σύμβουλοι ἂν γε* = *νοίμεθα πῶς ἄν τις αὐτὴν.* Figura altera sequitur: *πῶς ἄν τις αὐτὴν ῥᾷστα καὶ ἄ* ... = *μηδ' αὐτὸ τοῦθ' εἰδεῖμεν, ὅ τι.* (––⏑–––⏑⏑⏑); interjecta sunt *-ριστᾱ κτήσαιτο.* = *εἰ γὰρ μηδ' αὐτο* (––––⏑) elisione in pausa vocis neglecta ut saepe fit. Quae tradita sunt ad numeros redigere non potui. Chartae lectio male distincta est. Smylius hoc unum tantum commemoravit lectionem chartae breviorem
190B. esse quam vulgatam Badhamus jam verba *καὶ ἰατροὶ* delenda esse arbitratus erat. Conjectura per chartam confirmari videtur, et numeri comprobant: *δεῖμεν ὅτί ποτ' ἔστιν* = *ὄψις ἢ ὅτι ἔστιν,* tum sequitur figura secunda verbis *καὶ ἰατροὶ* omissis, *ἔστιν ἀκοή, σχολῇ ἄν γε σύμβου* = *ὅν τινα τρόπον ἀκοὴν ἢ ὄψιν* (–⏑⏑⏑⏓⏑⏑–⏑––) interjecta sunt *σύμβουλοι ἄξιοι* = *λόγου γενοίμεθ' ἢ* (⏓–⏑–⏑–). Itaque recte posuit Parisinus *E* particulam *γε* ante *σύμβουλοι,* denique *ἢ περὶ ὀφθαλμῶν* = *ἢ περὶ ὤτων ἄν.* Hactenus fragmento commentarioque Smyli uti potuimus. De sequentibus multi viri docti egerunt et alii alia consuerunt. Itaque iterum ad vatem nos recipiamus, si sententiis horum sive illorum faveat. Primum nobis interrogantibus figuram secundam monstrat: *ἣν ἢ ὄψιν κάλλιστ' ἂν κτήσαιτο τό τις ἀληθῆ* ... = *ὦ Λάχης καὶ νῦν ἡμᾶς τώδε παρακαλεῖτον* (–⏑–––––––⏓⏑⏑⏑–⏓) interjecta sunt *λέγεις ὦ Σώκρα* = *τες* [*Σω.*] *Ουκοῦν ὦ Λά-* (⏑–––⏑), porro *καλεῖτον εἰς συμβουλήν* = *τίν' ἂν τρόπον τοῖς ὑε*[*σιν*] tum figuram secundam, cuius membra extrema formam solitam tripertitam figurae tertiae exhibent (abc dd abc) *-σιν αὐτῶν ἀρετὴ* |

b) *παραγενομένη ταῖς ψυχαῖς ἀ-* | c) *μείνους ποιήσειε; πάνυ* 190 B. *γ' Ἄρ* = a') *τὸ εἰδέναι ὅ τί* (⏑–⏓⏑⏑⏓) b') *ποτ' ἔστ' ἀρετή; εἰ γάρ που μηδ' ἀ* | (⏑⏓⏑⏑⏑––––⏑) c') *ρετὴν εἰδεῖμεν τὸ παράπαν* | (⏓––––⏑⏑⏑–). Interjecta sunt d) *-σειε;* [*Λα.*] *Πάνυ γ'* [*Σω.*] *Ἆρ οὖν ἡ* = *μῖν τοῦτο γ' ὑπάρχειν δεῖ* (–⏓⏑⏑–––). Itaque recte inseruit charta *ὑμῖν* post *οὖν*. Porro *ὅτι πότε τυγχάνει ὄν, τίν* repetit paullo priora *τὸ εἰδέναι ὅτί ποτ' ἔστ' ἅ* (⏑⏓⏑⏑⏓⏑⏑–⏑); interjecta sunt *ὅ τί ποτ' ἐστ'* : *ἀρετῇ εἰ* et *εἰ γάρ που μηδ' ἀρετὴν* = *εἰδεῖμεν τὸ παράπαν* (–––⏓⏑⏑–). Charta exhibet *τίν' ἂν*, quod Bekkerus jam pridem ex conjectura dederat, sed cum commodo numerorum addit alterum *ἂν* post *γενοίμεθα*. Hoc loco Plato admodum prolixus fit, nam utitur identidem clausula eadem, semper autem parva quadam mutatione vel variatione, ut numeri, quos maxime et anxie curabat exstent. Supra enim in eadem clausula particulam *ἂν* non repetit, cur tandem? Manifestum est responsum. Hanc particulam tantummodo numerorum causa repetit. Hoc loco autem scribae immerito omiserunt *γε* post *σύμβουλοι*: conferas *σύμβουλοι γε* aut *γε σύμβουλοι* 190 A. Ante *γε νοίμεθα* facile omitti poterat: *ἄντρόπον τούτου σύμβουλοί γε γενοίμεθ' ἂν ὅτῳ οὖν ὅπως* = *αὐτὸ κάλλιστ' ἂν κτήσαιτ';* [*Λα.*] *Ουδέν' ἔμοι γε δοκεῖ ὦ Σώκρατες* (–⏑––––––⏑⏑– ⏑⏑⏑––⏑–). Recte igitur ponit charta *ἂν* post *τίν'* et iterum post *γενοίμεθα*, recte quoque *ἂν*, non ut codices ante *αὐτὸ*, sed ante *κτήσαιτο*, id est, proxime post adverbium (*κάλλιστα*) nbi est hujus particulae locus proprius (conferas quid Blassius, scripsit Ber. Sächs. Ges. d. Wiss. 1899 p. 198). Pergunt numeri sic: [*Σω.*] *Φαμὲν ἄρ αὔτ', ὦ Λάχης εἴδέ-* = *ναι ὅ τι ἔστιν* [*Λα.*] *Φαμὲν μέντοῖ* (⏑⏑⏑––⏑––⏑). Hic scripsi *ν* paragogicum ut saepe fine enuntiati. Quod *φαμὲν μέντοι* a charta abest, manifestum est librari mendum. Hartmannus arbitratus scribam scilicet a priore *φαμὲν* ad *οὐκοῦν κ. τ. λ.* transiluisse. Casu utique aliquo effici poterat, ut haec verba omitterentur, vix autem ut *αὐτὸ* transponeretur. Charta enim ponit *αὐτὸ* ante *ὦ Λάχης*, quod Blassius (p. 198 et 199) comprobat. Itaque longe dissentimus a Koellneri sententia (Philog. XII, p. 313 a. 1899) scribam per haec verba omissa imperitiae litterarum

190 B. Graecarum convictum esse. (Vide The Republic of Plato vol. II
p. 103, 104. Jowett and Campbell, Oxford 1894.) Figura secunda est nunc constituenda: [*Σω.*] *Οὐκοῦν ὅ γ' ἴσμεν* = com-
190 C. pares cum *δήπου τι ἔστι*; interjecta sunt quattuor spondei sic: *ἴσμεν κἂν εἴ* = *ποιμεν δήπου*, tum quattuor trochaei -*που τι ἐστιν* = [*Λα.*] *Πῶς γὰρ οὔ*; [*Σω.*] *Μὴ*. sequuntur. Porro: *τοίνυν, ὦ ἄριστε, περὶ ὅλης ἀρετῆς εὐθέως σκοπώμεθᾱ* . . . = *ρῑ πρῶτον ἴδωμεν εἰ ἱκανῶς ἔχομεν πρὸς τὸ εἰδέναι καὶ ἡ*[*μῖν*] (––⏑⏑–⏑⏑⏑⏑–⏑⏑––⏑–⏑–⏑–) interjecta sunt primum *σκοπώμεθά Πλέον* . . . = *μέρους τινὸς πέρῑ*, tum *πλέον γὰρ ἴσως ἔρ* = *γου ἀλλὰ μέρους τι*. ut figuram quartam apponamus: -*μῖν, ὡς τὸ εἰκος ῥᾴων ἡ σκε̄* = *ψις ἔσται* [*Λα.*] *'Αλλ' οὕτω ποιῶμεν* (⏓–⏑––––––), -*μεν ὦ Σώκρατες, ὡς συ βούλει* . . . compares cum -*θα τῶν τῆς ἀρετῆς μέρων ἓν*, cujus numeri intium repetitur interjectis verbis [*Σω.*] *Τί οὖν ἂν προελοίμε* (⏑––⏑⏑–⏑|––). Non recte dat charta *ὅπως* pro tradito *ὡς*: Figura B abbcc sequitur verbis *ἓν*, *ἓν* et *δοκεῖ*, *δοκεῖ* similiter positis: *ἓν δῆλον δή, ὅτι τοῦτ' εἰς ὃ τείνειν δο*[*κεῖ*] . . .: *ἓν γάρ*; [*Λα.*] *Καὶ μάλα δὴ οὕτω δοκεῖ.* [*Σω.*] *Τοῦτο τοί*[*νυν*] (*Τοῦτ' οὖν*) –––⏑⏑⏑––⏑––⏓|⏑, interjecta sunt (*καί*) *ἡ ἐν τοῖς ὅπλοις* = *μάθησις*; *δοκεῖ* denique *δέ που τοῖς πολλοῖς* = *εἰς τὴν ἀνδρείαν*. Recte igitur praebet charta *τὴν* ante *ἀνδρείαν*. Lectio chartae autem editoribus brevior quam tradita videbatur, quare Blassius proposuit *οὖν* pro *τοίνυν*, quod ad numeros quoque magis idoneum est. Tum figura secunda constituenda sic: -*θησις*; *δοκεῖ δέ που τοῖς πολλοῖς εἰς τὴν ἀν* . . .: [*ἐπιχει*]*ρήσωμεν, ὦ Λάχης εἰπεῖν ἀνδρεία τι* (––⏑–⏑––––––⏓) interjecta sunt -*δρειαν. ἢ γάρ*; [*Λα.*] *Καὶ μάλα δὴ οὕτω* = *δοκεῖ* [*Σω.*] *Τοῦτ' οὖν πρῶτον ἐπιχειρή*- (⏓––––⏑⏑⏑––). Quae sequntur sine parva quadam muta-
190 E. tione non potui ad numeros revocare neque melius remedium invenire quam quod Blassius me humanissime admonuit; *τρόπῳ ἂν* pro *ἂν τρόπῳ* scriptis possumus comparare -*πεῖν ἀνδρεία τί ποτ' ἔστιν ἔπειτα τὸ μετὰ τοῦτο σκεψόμεθα καὶ ὅτῳ τρόπῳ ἄν*; tum *τοῦτο σκεψόμεθα καὶ ὅτῳ τρόπῳ ἂν τοῖς νεα*- compares cum -*νισκοις παρα γένοιτο καθ' ὅσον οἷον τ' ἐξ ἐπι*- (––⏓⏑⏑⏓⏑⏑⏓⏑⏑––⏑⏓) (vgl. Alkib. I. 1241 D.

ὅντινα τρόπον ἄν). Hartmannus videtur articulum τὸ; quem 190 E.
charta sola servavit, immerito sprevisse; altera ex parte Blassius censuit hanc particulam facillime omitti, sed difficillime a quolibet scriba inferciri potuisse. Tum ἐξ επιτηδευμάτων τε καὶ μαθημα — των παραγίγνεσθαι ἀλλὰ πειρῶ εἰπεῖν (–⏑⏑–– ⏑–⏑–⏑–⏓) ubi numerorum causa παραγίγνεσθαι pro tradito παραγενέσθαι; conferas quaeso παραγίγνεσθαι 190 A. Porro -γνεσθαι, ἀλλὰ πειρῶ εἰπεῖν ὃ λέγω τὸν ἀν = δρεῖον [Λα.] Οὐ μὰ τὸν Δί' ὦ Σωκρατες, οὐ χαλε[πὸν] (–⏑–⏑–⏑––⏑ ⏑–⏑⏓). τὸν ανδρεῖον igitur legendum esse ex numeris quoque colligitur, id quod Blassius aliis sane rationibus jam contenderat. Ab ὦ Σώκρατες incipit iterum figura secunda: ὦ Σώκρατες, οὐ χαλεπὸν εἰπεῖν . . .: εὖ ἴσθ' ὅτι ἀνδρεῖος ἂν εἴη (––⏑⏑ –⏓⏑⏑––), interjecta sunt εἰπεῖν, εἰ γάρ τις ἐθέλοι ἐν τῇ τάξει μένων = ἀμύνεσθαι τοὺς πολεμίους καὶ μὴ φεύγοι εὖ (⏓–––⏓⏑⏑⏑–––––⏑–). (De εὖ ante vocalem sine correptione posito vide Kühner-Blass. Gram. I, 196.) Sequuntur quattuor cretici [εἴ] ἡ [Σω.] Καλῶς μὲν λέγεις = ὦ Λάγης, ἀλλ' ἴσως, ut omnes codices per chartam fraudis convicti sint, cum καλῶς non solum ad sensum sed etiam ad numeros aptius tradito εὖ, quod ex proxime priore εὖ manifesto corruptum sit. Porro ἐγὼ αἴτιος, οὐ σαφῶς . . . = [δι]ανούμενος ἠρόμην (⏑⏑–⏑⏑–⏑–); interjecta sunt -φῶς εἰπὼν τὸ σὲ μὴ ἀπο — 191 A.
κρίνασθαι τοῦθ' ὃ διανο[ουμενος] (–––⏑⏑⏑⏑⏑). Haec litterae in charta legi possunt ΠΟΚΡΙΝΑCΘΑΙΤΟ, ut μὴ non ante τοῦτο positum sit. Blassius proposuit μὴ ἀποκρίνασθαι, quod numeri non renuunt. Inde sic pergitur: ἀλλ' ἕτερον. [Λα.] Πῶς = τοῦτο λέγεις, ὦ (–⏑⏑––); tum sequitur figura B. Σώκρατες; [Σω.] Ἐγὼ φράσω, ἂν οἷός τε: ὃν καὶ σὺ λέγεις, ὃς ἂν ἐν τῇ τάξει (–⏓⏑⏑–⏑⏑–––⏓). interjecta sunt γένωμαι ἀνδρεῖός = που οὗτος ὃν καὶ σὺ (⏑–⏑––⏓). Hic numeri requirunt ἂν pro ἐὰν. Figura quarta huius formae abccba τάξει μένων μάχηται τοῖς πο . . . = [μά]χητ' ἀλλὰ μη μένων; [Λα.] Πῶς φεύγων (––⏑–⏑–––⏓): interjecta sunt primum -ται τοῖς πολεμίοις [Λα.] Ἐγὼ φημί = . . . -γων τοῖς πολεμίοις μάχητ' ἀλλὰ (––⏑⏑⏑–⏑––⏑); denique [Σω.] Καὶ γὰρ ἐγώ. ἀλλὰ = τί αὖ δδ, ὃς ἂν φευ- (⏓⏑⏑⏑–⏓). Codices hoc

191 A. loco praebent *Ἐγὼ γοῦν φημι* [*Σω.*] *Καὶ γὰρ ἐγώ*, id est litteras viginti. Blassius autem commemoravit spatium in charta esse modo litteris, quattuordecim et proposuit *φημὶ γοῦν*, quod ipsum litteras septemdecem praebet. Hoc in numeros reducere non potui. Scripsi *Ἐγώ φημι* quod litteras quindecim praebet et numeris maxime idoneum est. Repetitio verborum eorundem *τοῖς πολεμίοις* in eisdem numeri pedibus si quidem de numeri pedibus dicere licet, notatu haud indigna est. *Μάχηται* autem charta ponit modo ante modo post verba *τοῖς πολεμίοις* in ordine inverso vel chiastico, quem dicere solemus. Ordo autem
191 B. codicum testatur scribas rei numerosae ignaros conatos esse locos utrosque inter se congruenter ordinare. Pergunt inde numeri sic: *ἀλλὰ μὴ μένων*; [*Λα.*] *Πῶς φεύγων*; [*Σω.*] *Ὥσπερ που* = *καὶ Σκύθαι λέγοντ' οὐχ ἧττον φεύγοντες*, tum *ἢ διώκοντες μάγεσθαι* |‿̄| *καὶ Ὁμηρός ποτ' ἐ*[*παινῶν*] compares cum [*αὐ*]*τοὺς ἐπίστασθαι διήκειν* | *ἠδὲ φέβεσθαι, καὶ αὐ*[*τὸν*] (–⏑–––⏑––|–⏑⏑––⏑⏓). Hic pausa vocis post *μάχεσθαι* vim eandem habet atque syllaba longa, ut saepe fit. Charta dat *Ὁμηρός ποτ'* codices autem omnes *Ὁμηρός που*, quod ex *Ὥσπερ που* priore manifeste corruptum est. Valde mira est responsio sequens -*παινῶν τοὺς τοῦ Αἰνείου ἵππους κραιπνὰ μαλ' ἔνθα καὶ ἔνθ' ἐφη αὐτους* ... = *φέβεσθαι καὶ αὐτὸν τὸν Αἰνείαν κατὰ τοῦτ' ἐνεκώμιασε̄ν κα* (⏓––⏑––⏑–––⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑––). Haec verba *ἠδιώκοντες* ... *ἐνεκωμίασεν*) proxime abest, ut ad hanc formam figurae tertiae abc abc redigi possint verbo *φέβεσθαι* repetito. Tum sequitur figura altera sic: [*κα*]*τὰ τὴν τοῦ φόβου ἐπιστή*[*μην*] ... = *εἶναι μήστωρα φόβοιο* (⏓––⏓⏑⏑–⏓); interjecta sunt -*μην, καὶ εἶπεν* = *αὐτὸν εἶναι.* Porro *φόβοιο.* [*Λα.*] *Καὶ καλῶς γ'* = *ὦ Σώκρατες περὶ* (⏓–⏑–⏑⏓), et *Σώκρατες περὶ ἁρμά* = *των γὰρ ἔλεγε καὶ σὺ* (–⏑⏓⏑⏑–⏑). Figura quarta huius formae abccba sequitur: nam *καὶ σὺ τοι τῶν Σκυθῶν* comparas cum hujus creticis in Socrates responsi sequentis initio *Πλὴν γ' ἴσως ὦ Λάχης*; interjecta sunt primum *ἱππέων περὶ λέγεις τὸ μὲν γὰρ ἵππαι τοδ' ὁπλιτικὸν ὡς ἐγὼ λέγω* (–⏑–⏓⏑⏑–⏑–⏑̣–), denique duo choriambi *ἱππικὸν οὔ* = *τω μάχεται* Badhamus stilo verso adeo frequenter uti solebat, ut non posset, quin aliquando deleret,

quod re vera corruptum esset. Sic hoc loco recte inclusit ille 191 B.
verba *τὸ ἐκείνων,* quae charta omisit sed *τό γε τῶν Ἑλλήνων* 191 C.
pariter corrupta etiam Bodhamum fugerunt. Haec quoque verba supervacaneum additamentum interpretis alicujus esse numeri plane ostendunt, neque numeri tantum sed sermo quoque: videlicet equites etiam barbarorum erant, *τὸ ὁπλιτικὸν* autem non nisi Lacedaemoniorum. Haec est secunda conjectura virorum doctorum per chartam confirmata, mox autem tertia apparebet. Nullo modo igitur vanum aut inutile est conari coniciendo scripta Platonica purgare et emendare, dummodo caute fiat (vide quae Gompertius de hac re scripserit in Zeitschrift für Phil. u. phil. Kritik 109 a. 1896 p. 149). Nunc figura altera sic constitui potest. *Λάχης τὸ [τῶν] Λακεδαιμονίων τούτους* . . . = *πρὸς τοῖς γερροφόροις ἐγένοντ', οὐκ ἐ[θέλειν]* (⏓ – ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏓) interjecta sunt *γάρ φασι καὶ Πλαταιαῖς ἐπειδὴ* (– – ⏑ – ⏓). De *τῶν,* quod charta ante *Λακεδαιμονίων* habet et Mahaffius quidem probat, numeri responsum ambignum reddunt, cum aut tribrachys (*τὸ Λακε,* ⏑ ⏑ ⏑) aut dactylus (*τῶν Λακε,* – ⏑ ⏑) cum dactylo (*γερροφό,* – ⏑ ⏑) membri alterius comparare possimus. De *τούτους* autem pro *Λακεδαιμονίους* numeri longe abest ut responsum ambiguum reddant. *Λακεδαιμονίους* enim est planissimum scribarum additamentum. Porro series creticorum cum anacrusi, quam grammatici vocant apparet, *θέλειν πρὸς αὐτοὺς μένοντας μάχε = σθαι, ἀλλὰ φεύγειν, ἐπειδὴ δ' ἐλύ[θησαν]*. Huic seriei ordo verborum sive *πρὸς αὐτοὺς μένοντας* cum charta sive *μένοντας πρὸς αὐτοὺς* cum codicibus neque foret neque nocet. Quamquam numeri hanc rem in medio relinquunt, tamen ordo chartae verborum accipiendus sine ulla dubitatione est, ut Blassius jam ostendit. Corruptelae enim non semper delent numeros. Conferas quaeso *καὶ* pro *ἐν* ante *Πλαταιαῖς* supra. Mox nobis occurrit felix Asti conjectura *ἄρτι* pro *αἴτιον,* quod Jacobsius jam pridem addubitaverat. Corruptela ex sequente *αἴτιος* nata manifesta est. Lectionem genuinam autem tradere relictum est chartae, quae *ὅ ἄρτι* exhibet. Tum numeri pergunt sic: *[ἐλύ]θησαν αἱ τάξεις τῶν Περσῶν ἀναστρεφο[μένους]* . . . = *[μάχ]εσθαι καὶ οὕτω νικῆσαι τὴν ἐκεῖ μάχην* (– ⏑ – ⁝ – – – – – – ⏑ – ⏑ ⏓); interjecta sunt *μένους ὥσπερ*

191 C. ἱππέας = μάχεσθαι καὶ οὕτω (⏑ _ _ ⏑ _ _). De syzygia, quam grammatici dicunt, vide quae Blassius (Die Rhyth. der Att. Kunstprosa p. 188) scripserit. Chartam ἵππες pro ἱππέας praebere mihi mendum scribae merum videtur. Porro -χην [Λα.] Ἀληθῆ λέγεις = [Σω.] Τοῦτο τοίνυν ὃ ἄρ(τι) (_ ⏑ _ _ ⏑ _). Sed a Τοῦτο incipit figura quarta (abccba). Τοῦτο τοίνυν ὃ ἄρτι ἔλεγον ... = οὐκαλῶς ἠρόμην βουλόμενο (_ ⏑ _ _ ⏑ _ ⏓ ⏑ ⏑ ⏓) interjecta sunt ὅτι ἐγὼ αἴτιος μὴ καλῶς ... = κρίνασθ' ὅτι οὐκαλῶς ἠρόμην, denique λῶς ἀποκρί = νασθ' ὅτι οὐ. Engelhardtus in gymnasi Gedanensis programmate (anno 1834) anacoluthon hoc loco monstravit, et Stallbannius in sua editione signo sermonis interrupti apposito addidit „jam verbum finitum debuit subici". Sed neque hi neque editores recentiores etsi locum pro corrupto habentes emendare potuerunt, quod sane conari vanum est. Vidimus enim supra Platonem etiam in enuntiatis interruptis numeros auxie curare solitum esse. Vates monstrat primum figuram secundam: -μενος γάρ σου πυθέσθαι μὴ μόνον τοὺς ... = ἀνδρείους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τῷ ἱππι[κῷ] (⏓ _ _ _ ⏑ _ _ _ ⏑ _ ⏓) cum dactylis duobus interjectis ἐν τῷ ὁ =
191 D. πλιτικῷ, tum figuram primam τῷ ἱππικῷ ἐν τοι ξυμπαντιτῷ = πολεμικῷ εἴδει καὶ μὴ μόνον (⏑ ⏓ ⏑ ⏑ _ _ _ _ ⏑ _). Itaque recte exhibet charta ἔν τοι pro traditis καὶ ἐν. Porro -νον τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ ἀλλὰ ... = ἀνδρείους ὄντας καὶ ὅσοι γε (_ _ _ _ ⏓ ⏑ ⏑ _ ⏑) interjecta sunt ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τοῖς πρὸς = τὴν θάλατταν κινδύνοις. Non recte igitur exhibet charta κινδυνεύουσι pro κινδύνοις. Tum iterum figura quarta abccba. ἀνδρείους ὄντας καὶ ... = -σοι πρὸς λύπας ἢ φο- (_ _ _ _ _ ⏑) interjecta sunt primum ὅσοι γε πρὸς νόσους καὶ ὅσοι πρὸς πενίας ... = ἀνδρεῖοί εἰσι, καὶ ἔτι αὖ μὴ μόνον δ- (⏓ _ ⏑ _ ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ _ _ ⏑ ⏑ ⏓); denique -σοι πρὸς πενίας ἢ = καὶ πρὸς τὰ πολιτικ(ὰ) (_ _ ⏑ ⏑ _ ⏓). Manifesta scribae menda ἄλλαι pro ἀλλὰ, τε pro γε, πρὸ pro πρὸς, πενίας και pro πενίας ἢ καὶ videntur mihi vix commemoratu digna. Charta habet ἢ φόβους ante ἀνδρεῖοι quod numeri plane comprobant. Sunt qui καὶ μένοντες ἢ ἀναστρέφοντες emendari volunt. Engelhardtus habebat καὶ-ἢ pro καὶ-καὶ vel ἢ-ἢ vel εἴτε-εἴτε rarum et ex neglegentia quadam ortum, Theaet. 143 C τε-ἢ collato.

Kralius[1]) autem et Blassius defenderunt, quae tradita sunt. **191 D.** Codices enim omnes exhibent *καί*. Ficinus vertit *καί-ἤ* „sive-sive“, et Kralius censuit *καὶ-καὶ* scribendum esse, si quidem quidquid mutandum esset. Numeri autem praeferunt *ἢ-ἤ*: *ἢ φόβους ἀνδρεῖοί εἰσιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἐπιθυμίαις ἢ = ἡδόνὰς δεινοὶ μάχεσθαι ἢ μένοντας ἢ ἀναστρέφοντες* (–⏑–––⏑–⏑ –⏑––⏑⏑–⏑––). Sed nil impedit quominus *καὶ* tueamur et figuram tertiam agnoscamus. Partes enim huius figurae pausa vocis inter se saepe separatas esse jam pridem vidimus. Porro *μένοντες ἢ ἀναστρέφοντες εἰ = σι γάρ πού τινες, ὦ Λάχης, καὶ ἐν* (⏑–⏓⏑⏑–⏑–⏑–); tum *ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνδρεῖοι* = [*Σω.*] *Οὐκοῦν ἀνδρείᾳ μὲν παντες* (––––––––⏓); interjecta sunt duo choriambi [*Λα.*] *Καὶ σφοδρα γ' ὦ = Σώκρατες — Οὐ-*. Recte igitur habent codices *ΞΘ* et charta *καὶ* ante *σφόδρα* et *γε* ante *ὦ*. Sed *καὶ-γὲ* etsi rarum est tamen nullo modo prorsus ignotum. Blassius contulit inter alios locos Polit. **191 E.** 305 E. 307 A. ubi eadem verba *καὶ σφόδρα γε* leguntur. Porro *μὲν πάντες οὗτοἵ = ἀνδρεῖοί εἰσιν* tum *-σιν ἀλλ' οἱ μὲν ἐν ἡδοναῖς, οἱ δ' ἐν λύπαις οἱ δ' ἐν ἐπιθυμίαις, οἱ δ' ἐν φό-*. Fateor autem hos numeros pausas vocis plane neglegentes mihi displicere, neque possum non animadvertere miram clausularum similitudinem aequalitatemque cum pausis vocis congruentem: *ἀλλ' οἱ μὲν ἐν ἡδοναῖς, οἱ δ' ἐν λύπαις = οἱ δ' ἐν ἐπιθυμίαις, οἱ δ' ἐν φόβοις*. Recte igitur leguntur in charta et *ἀνδρείᾳ* et *ἀνδρεῖοι*. Numeri progrediuntur sic: *-πιθυμίαις οἱ δ' ἐν φόβοις τὴν ἀνδρείαν κεκτην = ται, οἱ δέ γ'* (⏑–⏑–––⏑–––––––) *οἶμαι δειλίαν ἐν τοῖς αὐτοῖς τούτοις*. Porro *τοῖς αὐτοῖς τούτοις* [*Λα.*] *Πάνυγε* [*Σω.*] *Τί ποτ' ἂν ἑκά = τερον τούτων τοῦτ' ἐπυνθανόμην πάλιν οὖν* (⏓––––⏑⏓⏑⏑⏓⏑⏑⏓). Hic est bis illa licentia nota: tribrachys est dactylo par. Charta pro *ἐπυνθανόμην* exhibet *πυνθάνομαι*, quod Mahaffius quidem probat. Blassius autem et Hartmannus tempus praesens hoc loco melius esse negant. Ex numeris colligere non possumus utrum genuinum sit nam *τοῦτο πυνθάνομαι* quoad numerum a *τοῦτ' ἐπυνθανόμην* nullo modo

1) Laches Platonis. Kral. Leipzig 1892 (Teubner).

191 E. distat. Quam futiles in universum fuerint priores scripta emendandi Platonica conatus ostendunt non solum chartae ipsae (maxime Phaedonis) sed etiam numerorum leges, quae nuperrime erutae sunt. Verum tamen dicis exsecrationibus, quas Britanni quidam, in eos petentes tradita emendare, evomere soleant, non deterreor quominus ordinem verborum numeri causa paullo mutem. Ordine enim *ταὐτὸν ἔστιν* servato sequentia ad numeros redigere vix potuimus, facile autem *ἐστὶν ταὐτὸν* scripto: *-μην, πάλιν οὖν πειρῶ, εἰπεῖν ἀνδρείαν πρῶ = τον, τὶ ὂν ἐν πᾶσι τούτοις*
192 A. *ἐστὶν ταὐτόν* (–⏑⏑––⏑––––––⏓). Quod etiam per numerum sequentem confirmatum est: *-στὶν ταὐτόν. ἢ οὔπω καταμανθά = νεις ὃ λέγω; [Λα.] Οὐ πάνυ τι. [Σω.] Ἀλλ' ὧ[δε]* (–⏓⏑⏑–⏓⏑⏑–⏓). Itaque charta *τὴν* ante *ἀνδρείαν* non recte inseruit, qui est sine dubio conatus interpretis alicujus hunc locum ad priora verba *τὴν ἀνδρείαν* accommodandi. Tum sequuntur alia figurae primae exempla: *πάνυ τι. [Σω.] Ἀλλ' ὧδε λέγω ὥσπερ ἂν = εἰ τάχος ἠρώτων τί ποτ' ἐστίν, ὃ* (⏓⏑⏑––⏓⏑⏑–⏑⏑) et *ἐστίν, ὃ καὶ ἐν τῷ τρέχειν = τυγχάνει ὂν ἡμῖν καὶ ἐν* (–⏑⏑⏑––⏑–). Tum figura tertia constituenda est, ex qua colligitur particulam *γε*, quam charta ante *τῷ μανθάνειν* inserit, sine damno numerorum omitti non posse: *τῶ κιθαρίζειν καὶ ἐν τῷ λέγειν καὶ ἔν γε τῷ μανθά = νειν και ἐν ἄλλοις πολλοῖς, καὶ σχεδόντι αὐτὸ κεκτήμεθ'* (–⏑⏑––⏓|––⏑–⏑–⏑––⏑). Nunc pervenimus paene ad chartae finem, cujus lectionem tradita breviorem esse editores arbitrati sunt. Ex numeris solis bunc locum corruptum esse colligere fortasse poteramus, nam sine licentiis quibusdam dubiis quae tradita sunt ad numeros redigi non possunt. Dielsius[1]) commemoravit verba *στοματός τε καὶ φωνῆς ἢ διανοίας* cum prioribus *ἐν τῷ λέγειν καὶ ἔν γε τῷ μανθάνειν* male congruere. Sed eius conjecturam, *ἢ νοήματος ἅμα τε καὶ* (verbo *διανοίας* deleto) quam Mahaffius "ingeniosam" vocabat, etiam minus facile quam tradita ad numeros revocare potui. Praeterea mihi quidem verba *τρέχειν* et *κιθαρίζειν, χειρῶν* et *σκελῶν* videntur in ordine inverso vel chiastico, ut dicere solemus, inter se apte opponi, recto autem

---

1) Deutsche Litteratur-Zeitung 1893, p. 1446.

ordine λέγειν et μανθάνειν, στόματός τε καὶ φωνῆς ιt δια- 192 A.
νοίας. Haec quidem Socratis verba extrema numero judice recte se habent: πράξεσιν ἢ σκελῶν = ἢ στοματός τε καὶ (_◡◡_◡_) et -τός τε καὶ φωνῆς ἢ διανοί = ας, ἢ οὐχ οὕτω καὶ συ λέγεις (_◡____◡◡_). Non video igitur cur quicquam hoc loco mutandum sit. Corruptela quaerenda est in eis, quae verbo πράξεσιν antecedunt. Delere autem περὶ, id quod Astius proposuit, nullum remedium praebet. Donec aliquis lectionem manifesto genuinam reponere post sit, tradita forma retinenda est. Figura secunda appareat, si χερῶν pro χειρῶν scribere liceat (v. Kühner-Blass. Gram. I. 426) κτήμεθ'. οὗ καὶ περὶ ἄξιον . . . = τῶν χερῶν πραξεσιν ἠσκελῶν (_◡__◡◡_◡_), interjecta sunt ἄξιον λέ = γειν ἢ ἐν ταῖς (_◡_◡̲). Haec verba finem paginae ultimae occupant et vix agnoscuntur. Videamus igitur quid haec fragmenta nos doceant. Menda chartae sunt haec: 1) **189 D.** εἶχεν pro ἔχει. 2) **189 E.** καὶ ante σχεδόν. 3) **190 C.** φαμὲν μέντοι omittit. 4) **190 D.** ὅπως(?) pro ὡς. 5) **191 A.** τάζει pro τάξει. 6) Αἰνέα pro Αἰνείου. 7) **191 B.** τῶν Λακεδαιμονίων pro τὸ Λ. 8) **191 C.** σε inserit ante ἠβόμην. 9) ἱππες. 10) **191 C.** κινδυνεύουσι. 11) **191 D.** σύμπαντι pro ξ. 12) εἶδεν pro εἴδει. 13) ἀλλαὶ pro ἀλλὰ. 14) τε pro γε. 15) πρὸ pro πρὸς. 16) ἢ omittit. 17) **191 E.** ὂν bis pro οὖν. 18) πυνθάνομαι pro ἐπυνθανόμην. 19) τὴν inserit ante ἀνδρείαν. 20) τρέχε pro τρέχειν. Menda codicis Bodleiani sunt haec: 1) **189 D.** Καὶ inserit ante ὑμῖν. 2) Λυσιμαχος pro Λυσιμάχῳ. 3) οἱ pro ἢ. 4) **189 E.** ἐτυγχάνομεν pro τυγχάνομεν. 5) ὧν pro ὦ. 6) παρεγένοντο pro παρέγενετο. 7. ἄριστ' ἂν(?) pro ἄριστα. 8) **190 A.** εἰ omittit. 9) καὶ ἰατροὶ inserit. 10) **190 B.** ἡμῖν omittit. 11) τίνα pro τίν' ἂν. 12) ταῖς ψυχαῖς pro τὰς φυχὰς. 13) **190 C.** γενοίμεθα pro γενοίμεθ' ἂν. 14) ὅπως ἂν pro ὅπως. 15) αὐτῷ pro αὐτὸ. 16) ἄρα pro ἄρα αὐτὸ. 17) **190 D.** τὸ omittit. 18) ἀνδρεία τί ποτ' εστί pro τὸν ἀνδρεῖον. 19) εὖ pro καλῶς. 20) μὴ τοῦτο pro τοῦτο. 21) μάχηται τοῖς πολεμίοις pro τοῖς πολεμίοις μά. 22) που pro ποτ'. 23) **191 B.** τὸ ἐκεῖνον inserit. 24) τό γε τῶν Ἑλλήλων item. 25) τὸ pro τοι ante τῶν Σκυθῶν. 26) Λακεδαιμονίους pro τούτους. 27) **191 C.** ἐν pro

192 A. *καί.* 28) *μένοντας πρὸς αὐτοὺς μάχεσθαι* pro *πρὸς αὐτοὺς μένοντας μά.* 29) *ὃ* omittit. 30) *αἴτιον* pro *ἄρτι.* 31) **191 D.** *ὅτι* pro *ἔτι.* 32) *γε* omittit. 33) *ἀνδρεῖοι* pro *ἀνδρείᾳ.* 34) *ἀνδρεῖοι* omittit. 35) *γε* omittit. **190 C.** 36) *εἴδωμεν.* 37) *σύμβουλοι γε* pro *γε σύμβουλοι.* Item in codice Veneto (*T*) sunt triginta quattuor menda; in apographo Coisliniano (*Γ*) etiam triginta quattuor. Codex *Σ* autem exhibet triginta tantum, et *Ξ* undetriginta tantummodo post chartam paucissima. Sed haec comparatio admodum arithmetica sicut illa Lutosławskiana stilometria codicibus injuriam aliquam fortasse inferre potest, cum multae partes chartae pessime habitae legi non possint, ut multa ejus menda latebris obscuritatis se occultent. At contra adeo perspicui sunt quidam ex codicibus, maxime Bodleianus, ut omnia eorum menda pateant. Videtur igitur operae pretium, non solum quot sed etiam qualia menda primum in charta, tum in codice Bodleiano inveniantur, inquirere. Additamenta scribarum ad explicandum in charta sunt haec: 1) 191 C. *σε* ante *ἠρόμην* quod perfacile addebatur, ceterum numeros eosdem manere sinit. nam *καλῶς σ' ἠρόμην* in recitando separatur a *καλῶς ἠρόμην* lenissimo discrimine, numero autem neutiquam distingui potest. 2) 191 E. *τὴν* ante *ἀνδρείαν.* Altera ex parte in Bodleiano haec additamenta apparent. 1) 189 D. *καὶ* ante *ὑμῖν*, tanquam si persona secunda in hoc enuntiato jam non satis promineat (*ὑμεῖς, ὑμᾶς αὐτοῦς, ὑμῖν*). 2) 190 A. *καὶ ἰατροὶ* (?). 3) 190 D. *ἀνδρεία τί ποτ' ἐστί* pro *τὸν ἀνδρεῖον.* 4) 191 B. *τὸ ἐκείνων.* 5) ibidem *τό γε τῶν Ἑλλήνων* et 6) *Λακεδαιμονίους* pro *τούτους.* 7) 191 C. *ἐν* pro *καὶ.* Charta igitur praebet duo, tantum Bodleianus autem septem additamenta interpretum. Porro charta omittit: 1) 190 C. *φαμὲν μέντοι* quod excusari fortasse potest, cum *φαμὴν* proxime ante scriptum sit (v. Repub. Jowett and Campbell II. p. 103. 104). 2) 191 D. *ἤ.* Bodleianus autem omittit: 1) 190 A. *εἰ.* 2) B. *ἡμῖν.* 3) ibidem *ἂν.* 4) 190 D. *τὸ.* 5) 191 D. *γε.* 6) 192 A. *γε.* Charta igitur modo bis, Bodleianus sexies omisit verba, quae aut numero aut sensui necessaria sunt. Tum ordinem verborum inspiciamus, qui numeros turbat: in charta modo 189 E. *Καὶ* ante *σχεδόν*; contra in Bodleiano 1) 190 C.

ὅπως ἂν. 2) ibidem αὐτὸ. 3) 190 D. μὴ τοῦτο. 4) 191 A. 192 A.
μάχηται τοῖς πολεμίοις. 5) 191 C. μένοντας πρὸς αὐτοὺς μάχεσθαι (ordo enim verborum est certe falsus cum numeri non turbentur). Itaque charta ordinem verborum cum numerorum damno semel tantum mutavit Bodleianus autem (quinquies) (quater) superest una tantum comparatio: Charta sola lectionem genuinam nobis servavit in sequentibus locis: 1) 189 D. ἢ pro οἱ. 2) 190 B. ἡμῖν. 3) ibidem τιν' ἂν. 4) 190 C. γενοίμεθ'αν. 5) ibidem αὐτὸ. 6) 190 D. τὸ. 7) ibidem τὸν ἀνδρεῖαν. 8) ibidem καλῶς. 9) 190 E. μὴ ἀποκρίνασθαι. 10) 191 A. τοῖς πολεμίοις μάχηται. 11) 191 B. τὸ ἐκείνων om. 12) ibidem τό γε τῶν Ἑλλήνων om. et 13) τούτους. 14) 191 C. καὶ. 15) πρὸς αὐτοὺς μένοντας. 16) ibidem ὅ ἄρτι. 17) 191 D. ἢ φόβους ἀνδρεῖοι. 18) 191 E. ἀνδρείᾳ. 19) ibidem ἀνδρεῖοι. 20) 192 A. γε. Altera ex parte Bodleianus solus ne unam quidem lectionem genuinam servavit sed hoc codice amisso ex ceteris hoc loco quidem veram restituere possemus. Neque parva laude dignum videtur apographon Vaticanum 1029, quod solum 190 B. τὰς ψυχὰς, 191 B. una cum charta sola τοὶ. 190 C. cum charta Coisliniano *Γ*. Parasino *E* αὐτὸ servaverit. Etiam Parisinus *G* pauciora menda quam Bodleianus exhibet, nisi forte negligentius collatus est. Venetum 184 (Bek. *Ξ*) corruptelas pauciores quam ceteros codices exhibere est quidem res mopinata. Charta autem multis saeculis quam codices antiquior est eo ipso, digna, quae majorem fidem auctoritatemque habeat. Adde quod lectiones chartae paene omnes numerosiores sunt, tum non possumus non concludere haec fragmenta multo minoris a quibusdam aestimata esse quam deceret. Vidimus igitur quo propius ad aetatem Platonis ipsius accedamus eo magis manifestos apertosque fieri numeros. Sed nolo pluribus.

Convertamus nos nunc ad tertium fragmentum, quod videtur viris ejus rei peritis haud multo aut ante aut post Christum natum scriptum esse. Longe abest ut antiquum sit cum chartis ex Crocodilopoli servatis comparatum, antiquius tamen est quam codices ceteri octingentis annis. Incipit a pagina 197 circa

192 A. litteram primam et continet unam tantum paginam Stephanianam. Sunt tres columnae, quarum prima et tertia adeo male habitae sunt, ut modo paucae litterae in initio et fini versuum scriptae legi possint. Columna autem secunda est paene integra incolumisque servata. Laches dicit et sua verba verbis Socratis proximis prioribus sic numeris adjungit: [*τί*]*θεσαι.* [*Λα.*] *Νὴ τοὺς θεούς, καὶ εὖ γε* = *λέγεις, ὦ Σώκρατες καὶ ἡμῖν* (⏑ – – – ⏑ – ⏑ – ⏓). Hoc loco charta cum *ΞG* et aliis quibusdam
197 A. codicibus non recte omisit *γε* ante *λέγεις*. Tum sequitur figura altera (abba) *εὖ γε λέγεις ὦ Σώκρατες* . . . = *τοῦτ' ἀπόκριν' ὦ Νικία* (– ⏑ ⏑ – – – ⏑ –) interjecta sunt *και ἡ μῖν ὡς* = *ἀληθῶς τοῦτ'* (⏑ – – –) *-γεις ὦ Σωκρατες καὶ* = *ἡμῖν ὡς ἀληθῶς.* Iterum figura secunda apparet *Νικία πότερα σοφώτερ' ἡμῶν ταῦτ' εἶ*[*ναι*] . . . = *φῂς ἃ πάντες ὁμολογοῦμεν ἀνδρεῖ εἶναι.* (– ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – – – ⏓) interjectis verbis *-ναι τὰ θηρία* repetitur initium numeri *φῂς ἃ πάντες ὁ-* (– ⏑ – ⏑ ⏑). Itaque recte dat charta *φῂς* ante *ἃ*. Numeri autem renuunt conjecturam Grenfelli et Hunti, qui *ταῦτα τὰ θηρία εἶναι φῂς* proposuerunt. In charta eum legi possunt modo *ταῦτα* et [*φ*]*ῂς ἁ παν*[*τες*]. Exemplum figurae tertiae sequitur, ubi pausa vocis post *εἶναι* vim syllabae unius habet, ut saepe fit, *-λογοῦμεν ἀνδρεῖ' εἶναι* [—], *ἢ πᾶσιν ἐναν* = *τιούμενος τολμᾷς μηδ' ἀνδρεῖ' αὐτὰ καλεῖν* (⏑ – ⏑ – – – – [–] – – ⏑ ⏑ –). Post *καλεῖν* est in charta lacuna spatio litterarum tredecim aut quattuordecim. Tum sequitur nomen *Λάχης* et spatium duodecim aut tredecim litterarum usque ad verba [*ο*]*ὔτε θηρία.* Nunc autem secundum libros intersunt octo tantummodo litterae inter *καλεῖν* et *Λάχης*, sed contra in lacuna post *Λάχης* ubi spatium est modo duodecim vel summum tredecim litterarum litterae septendecim inveniuntur. Recte igitur mihi videntur editores *ἔγωγε* transposuisse. Quid indicant nnmeri? *-δρεῖ' αὐτὰ καλεῖν* = [*Νι.*] *Οὐ γάρ τι ἔγωγ'* tum *ὦ Λάχης, ἀνδρεῖα καλῶ οὔτε* = *θηρί' οὔτ' ἀλλ' οὐδὲν τὸ τὰ δείν' ὑπ'* (– ⏑ – – – ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑). Hic numeri conjecturam editorum vel potius lectionem chartae confirmant. Chartam *τὰς* pro *τὰ* adhibere est nullius momenti, mendum merum. Numeri pergunt sic: *-δεν τὸ τὰ δείν' ὑπ' ἀνοίας μὴ φο* = *βούμενον, ἀλλ' ἄφοβον καὶ μῶρον* (– ⏑ ⏑ – ⏑

⏑– – –⏑) tum figuram alteram habemus: ἢ καὶ τὰ παιδία 197 B.
πάντ' οἴει μ'ἀνδρεῖα . . .: τὸ αὐτόν ἐστιν. ἐγὼ δ'ἀνδρείας μὲν μετ[ὰ]; interjecta sunt καλεῖν ἃ δι' ἄγνοιαν οὐδὲν δέδοικεν; ἀλλ' οἶμαι, τὸ ἄφοβον καὶ τὸ ἀνδρεῖον οὐ τὸ αὐτόν (⏓⏓⏑⏑ ––⏑––⏑–⏑⏓). Deplorandum est vocabula ἄγνοιαν et ἀνοίας usque in lacunas chartae incidisse, cum codices et editiones inter se de modo horum verborum scribendorum differant. Schanzius utroque loco ἄγνοια scribere maluit; item Stallbaumius, Hermannus autem ἄνοια praetulit. Numeri consentiunt modo huic modo illis. Priore loco codices omnes ὑπὸ ἀνοίας dant; sed altero loco inter alios Coislinianus δι' ἄγνοιαν exhibet. Adde quod Ficinus videtur ἀνοίας et ἄγνοιαν legisse, cum hunc locum Latine vertens non eodem vocabulo usus sit sed pro ὑπὸ ἀνοίας "propter ignorantiam", pro δι' ἄγνοιαν "ob inscitiam" dederit. De feris vocabulo ἄνοια Nicias apte usus esse mihi videtur, de pueris autem non minus apte ἄγνοια dicere. Praeterea de feris μῶρον dicitur aptius post ἄνοια, quam post ἄγνοια. Editores putabant lectionem traditam οὔτε ἄλλο οὐδὲν longiorem quam, quae in chartae lacuna contineri posset. Sed vocabula θηρία οὔτε ἄλλο cum elisione scripta esse possunt. Confer infra 197 D. ubi charta τοιαῦτ' ὀνόματα, libri τοιαῦτα ὀνόματα exhibent. Hoc modo habemus tantum viginti unam litteras, quem numerum etiam versus paginae alterius septimus habet. Itaque non video cur tradita forma mutanda sit. Cum commodo numerorum scripsi τὸ ἀντὸν pro ταὐτὸν. Blassius enim jam demonstravit Platonem non maxime appetentem esse κράσεων, quas grammatici dicunt. Numeri igitur confirmant Blassi conjecturam μετὰ pro καὶ, sic μὲν μετὰ προμηθείας πάνυ = τισιν ὀλίγοις οἶμαι μετεῖ[ναι] (⏓⏑⏑⏑–––⏑⏓). Tum sequitur figura altera solita abba -εἶναι θρασύτητος δὲ καὶ τόλμης καὶ ejusdem mensurae sunt atque [ἀπρομη-]θείας πάνυ πολλοῖς καὶ ἀνδρῶν καὶ γυ- (––⏑⏑––⏑–––⏓) et duo paeones quarti interjecti sunt τοῦ ἀφόβου = μετ' ἀπρομη-. Codices et editores inter se differunt de προμήθεια et ἀπρομήθεια scribendi modo. Charta dat -θείας. Schanzius scribit προμηθίας et ἀπρομηθίας, Hermannus autem et inter alios Stallbaumius formas, quae in -εια desinunt, praeferunt. Hoc

197 B. loco numeri ad sententiam horum magis quam illius inclinantur. Porro *ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν καὶ παί = δων καὶ θηρίων ταῦτ' οὖν ἃ* (_ _ _ ⏑ _ _ _ ⏓). Tum iterum figuram primam habemus, ubi eadem vocabula similiter posita sunt, et correptio vocalis langae ante vocalem in vocis pausa neglecta est *οὖν ἃ σὺ καλεῖς ἀνδρεῖα καὶ οἱ πολλοὶ ἐγὼ = θρασεα καλῶ. | ἀνδρεῖα δὲ τᾶφ ρόνιμα πε-* (⏓ ⏑ ⏑ ⏑ _ | _ _ ⏑ ⏑ _ ⏓ ⏑ ⏑ ⏓). Finis hujus
197 C. numeri eodem tempore fit initium figurae sequentis: *ἀνδρεῖα δε τὰ φρόνιμα πε[ρι] . . . = ὦ Σώκρατες, ὡς εὖ ὅδ' ἑαυ[τόν]* jambis quattuor interjectis *-ρὶ ὧν λέγω = [Λα.] θέασαι, ὦ.* Hoc loco charta *ὅδε* post *εὖ* omittit, quod numeri sine damno fieri posse negant. Correptione vocalis longae ante vocalem in vocis pausa iterum neglecta habemus: [ἑ]αυτὸν δὴ ὡς οἰεται κοσμεῖ τῳ λόγῳ. οὓς δὲ πάντες (_ _ ⏑ _ _ ⏑ _ ⏓). Tum *οὓς δὲ παντες ὁμολογοῦσ' ἀνδρείους εἶναι τού = τους ἀποστερεῖν ἐπιχειρεῖ ταύτης τῆς τιμῆς* (_ ⏑ _ ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ _ _ _ _ _ _ _). Porro *οὐκοῦν σέγ', ὦ Λά = χης ἀλλα θαρρεῖ* (_ _ ⏑ _ ⏓). Haud inficete scripsit Wilamowitzius de chartae lectione (Gött. Gelehrt. Anzeiger 1900 p. 49) nos omnes pudere *σέγε* pro tradito *ἔγωγε* non jam pridem conjecisse. Numeri sic pergunt: *ἀλλὰ θαρρεῖ φημὶ γὰρ σ' εἶ = ναι σοφὸν καὶ Λάμαχόν γ' εἴ[περ]* (_ ⏑ _ _ _ ⏑ _ _), tum *καὶ Λάμαχόν γ' εἴπερ ἐστ' ἀν | δρεῖοι καὶ ἄλλους γε συχνοὺς* non solum inter se respondent sed etiam priorem numerum *αὐτὸν δὴ ὡς οἴεται κοσ | μεῖ τῷ λόλῳ· οὓς δὲ πάντες* repetunt. Itaque charta non recte omittit *γε* ante *συχνούς*, quod numerus ipse sequens plane ostendit: *-λους γε σύχνοὺς Ἀθηναίων [Λα.] Οὐδὲν ἐρῶ πρὸς ταῦτ' ἔχων εἰπεῖν ἵναμή με φῇς ὡς ἀληθῶς Αἰξωνέα εἶναι. [Σω.] Μήδέ γ' εἴπῃς, ὦ Λάχης* (_ ⏑ _ _ ⏑ _ _ _ _ ⏑ ⏑ _ _ _ ⏑ _ _ _ ⏑ ⏓) *εἰπεῖν* et *εἴπῃς* similiter positis. Verba, quae sequuntur, finem hujus numeri
197 D. repetunt *εἴπῃς ὦ Λάχης = καὶ γάρ μοι δοκεῖς.* Nunc autem apparet mendum scribae, nam charta omisit *μὴ* ante *ᾐσθῆσθαι.* Codices dant *οὐδε μὴ*, quod editores recte ut ex numeris colligitur in *τοῦδε μὴ* correxerunt. Charta autem recte habet *δὴ* loco vocabuli *ὅδε*. *-κεῖς τοῦδε μὴ ᾔσθῆσθ' ὅτι δὴ ταύτην τὴν σοφίαν παρὰ Δάμωνος* (_ _ ⏑ ⏑ _ ⏓ ⏑ ⏑ _ _). Porro *-αν παρὰ Δάμωνος τοῦ ἡ = μετέρου ἑταίρου παρεί-* (⏓ ⏑ ⏑ ⏑ _ _ ⏑ _)

et ἡμετέρου ἑταῖρον παρεί = ληφεν ὁ δὲ Δόμων τῷ Προδί- 197 D.
tum -μων τῷ Προδίκῳ πολλὰ πλησιάζει ... = καὶ γὰρ πρέπει ὦ Σώκρατες σοφιστῇ (_ _ ◡ ◡ _ _ ◡ _ ◡ _ _). Itaque injuria inserit charta τὰ ante πολλά; sed responsio continuatur ὃς δὴ δοκεῖ τῶν σοφιστῶν κάλλιστα τὰ τοιαῦτ' ὀνόματα διαιρεῖν = [σο]φιστῇ τὰ τοιαῦτα μᾶλλον κομψεύεσθαι ἢ ἀνδρὶ ὃν ἡ πόλις ἀξι[οῖ] (_ _ ◡ _ _ ◡ _ _ _ _ ⏓ ◡ ◡ _ ◡ ◡ ⏓ ◡ ◡ _ ⏓). Πολλὰ omisso hi numeri duo proximi priores in eandem figuram redigi possunt, quod longe a quocunque casu abhorret μὼν ... διαιρεῖν ... = καὶ — ἀξι[οῖ] (_ _ ◡ ◡ _ _ ◡ _ ◡ _ _ ◡ _ _ ◡ _ _ _ _ ⏓ ◡ ◡ _ ⏓ ◡ ◡ _ ⏓). Utrum ἡ πόλις ἀξιοῖ an ἀξιοῖ ἡ πόλις praestet, numeri in medio relinquunt. [ἀξι]οῖ αὐτῆς προεστάναι. [Σω.] Πρέπει μέντοι ὦ μακάριε τῶν με = γίστων προστατοῦντι ⟨καὶ⟩ μεγίστης φρονήσεως μετέχειν δο[κεῖ]. Ab ἀξιοῖ incipit pagina chartae tertia. Legi possunt initio versuum Αξ........ ΕCΤΑΝ....... et ΠΟΥ, ut editores putabant, qui proposuerunt προεστάναι. Πρέπει μέντοι που. Hanc lectionem numeri renuunt. Praeterea ΠΟΥ et ΤΟΙ adeo similia sunt ut editores facile decipi potuerint, versus enim secundus 197 E.
μέντοι που scripto litteras undevigniti, tertius autem modo sedecim haberet. Itaque mihi videtur charta hoc loco nihil varietatis exhibere. Nunc placet numerorum gratia ἔμοιγε loco formae simplicis μοι: δοκεῖ δ' ἔμοιγε Νικίας ἄξιος εἶναι ἐπισκέ = ψεως ὅποι ποτὲ βλέπων τοὔνομα τοῦτο τίθησι (◡ _ ◡ _ ◡ _ ◡ _ _ ◡ ◡ _ ◡ ◡ _ ⏓), tum τὴν ἀνδρείαν = [Λα.] Αὐτὸς τοίνυν, a quo incipit figura altera sic: Αὐτὸς τοίνυν σκοπεῖ ὦ Σώκρατες. [Σω.] Τοῦτο ... = Μή μέντοι μ' οἴου ἀφήσειν σε τῆς κοινω- (_ _ _ _ ◡ ◡ _ _ ◡ _ _ ⏓), verba quae interjecta sunt repetunt initum; μέλλω ποιεῖν, ὦ ἄριστε = μὴ μέντοι μ' οἴου ἀφήσειν. Iterum est figura altera apponenda τῆς κοινωνίας τοῦ λόγου = ... νοῦν καὶ συσκόπει τὰ λεγό[μενα] verbis λόγου et λεγο- similiter positis, et verbis interjectis inter se respondentibus τοῦ λόγου ἀλλὰ = πρόσεχε τὸν νοῦν. Porro καὶ συσκόπει τὰ λεγόμενα. [Λα.] Ταῦτα γ' ἔστω, εἰ δο = κεῖ χρῆναι. [Σω.] Ἀλλὰ δοκεῖ. σὺ δέ. Νικία. λέγ' ἡμῖν (_ _ ◡ _ ◡ ◡ ⏓ ◡ ◡ _ ◡ _ ◡ _ ⏓); tum -μῖν πάλιν ἐξ ἀρχῆς = οἶσθ' ὅτι τὴν ἀνδρεί. Charta igitur non recte dat δὴ pro δὲ vel γε

197 E. tradito. Nunc placet vocalem brevem in pausa vocis cum commodo numerorum producere. *-αν κατ' ἀρχὰς τοῦ λόγου* = *ἐσκοποῦμεν, ὡς μέρος* (_ ⏑ _ _ _ ⏑ ⏑), tum *ἀρετῆς σκοποῦντες;* [*Νι.*] *Πάνυ γ'* [*Σω.*] *Οὐκοῦν καὶ σὺ τοῦτο* = *ἀποκρίνω ὡς μόριον, ὄντων δὴ καὶ ἄλλων* (⏑ ⏑ _ ⏑ _ ⏓ ⏑ ⏑ _ _ _ ⏑ _ ⏓); porro *μέρων ἃ σύμπαντ' ἀ* = *ρετὴ κέκληται;* [*N.*] *Πῶς* (⏑ _ ⏑ _ _ ⏓). Denique *-ται* [*Νι.*] *Πῶς γὰρ οὐκ;* [*Σω.*] *Ἆρ' οὖν ἅπερ ἐγὼ καὶ σὺ ταῦτα λέγεις; ἐγὼ δε* = *καλῶ πρὸς ἀνδρείᾳ σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην καὶ ἄλλα* (⏓ _ ⏑ _ _ _ ⏓ ⏑ ⏑ _ _ ⏑ _ ⏑ ⏑ _ ⏑ _ ⏑).

Bodleianus exhibet haec scribarum menda: 1) 197 A. *θηρία ἃ* pro *θηρία φῂς ἅ.* 2) ibidem *πότερον* pro *πότερα.* 3) ibidem *ὦ Λάχης, ἔγωγε* pro *ἔγωγε ὦ Λάχης.* 4) 197 B. *ἄνοιαν* pro *ἄγνοιαν.* 5) 197 C. *ἔγωγε* pro *σέγε.* 6) 197 D. omittit *δή.* 7) ibidem *προιστάναι* pro *προεστάναι.* 8) 197 E. *οἵου μὲ ἀφήσειν* pro *μ' οἵου ἀ-.* 9) 197 D. *οὐδὲ μὴ* pro *τοῦδε μή.* 10) ibidem *δε* pro *γε.*

Charta autem habet decim menda: 1) 197 A. *γε* om. 2) ibidem *τὰς* pro *τά.* 3) 197 C. *ὅδε* om. 4) ibidem *ἄμαχον* pro *Λά-.* 5) ibidem *γε* om. 6) 197 D. *μὴ* om. 7) ibidem *προείληφα* pro *προείληφεν.* 8) ibidem *τὰ πολλὰ* pro *πολλά.* 9) ibidem *γὰρ* om. 10) 197 E. *δὴ* pro *γε.*

Venetus (*T*) praebet haec: 197 A. *θηρία ἃ* pro *θηρία φῄς.* 2) ibidem *πότερον.* 3) ibidem *ὦ Λάχης ἔγωγε* pro *ἔγωγε ὦ Λάχης.* 4) 197 B. *ἄνοιαν* pro *ἄγνοιαν.* 5) 197 C. *ἔγωγε* pro *σέ γε.* 6) *ὅδε* pro *δὴ* 197 D. 7) ibidem *προιστάναι.* 8) *οἵου με* pro *μ' οἵου* 197 E. 9) 197 D. *οὐδὲ μὴ* pro *τοῦδε μή.* 10) 197 E. *δὲ* pro *γε.*

Apographon Coislinianum (*Γ*) convexit *ἄνοιαν* et *προιστάναι,* exhibet autem alia menda: *μάλιστα* pro *κάλλιστα, ὅπῃ* pro *ὅποι, καλῶ θρασέα* pro *ἐγὼ θρασέα καλῶ.*

Codex *Σ.* habet item menda duodecim. Liber Bessarionis (Bek. *Ξ*) iterum pauciora menda quam ceteri codices exhibet (vide Schanzi "Platon-Codex" p. 48).

Charta sola lectiones genuinas has servavit: 1) 197 A. *φῂς ἅ.* 2) ibidem *ἔγωγε ὦ Λάχης.* 3) 197 C. *σέ γε.*

Apographon Coislinianum recte praebet: 1) 197 B. *ἄγνοιαν.* 2) 197 E. *γε.* Neque Bodleianus neque Venetus solus lectiones

veras, servavit quas his codicibus amissis conferre ex aliis libris **197 E.** non possemus. Haec charta Oxyrhyncha igitur quamqam minoris aestimanda quam Flinders-Petriana, tamen nullo modo est contemnenda. Nunc antem hoc numerorum indicio propitio de chartis audito, convertamur ad eos Lachetis locos, quos editores aut corruptos aut interpolatos habuerunt.

Pars tertia.

Inspiciamus primum paginam 180 circa litteram B[59], ubi **180B.** Venetus *αὑτοῦ* solum pro *τοῦ αὑτοῦ* praebet et codices quidam Bekkeriani *καὶ* ante *περὶ παῖδας* omittunt, et codices optimi *ὀλιγωρεῖσθαι* adhibent. Badhamus scripsit *ὀλιγωρεῖν*, quod Schanzius in *ὀλιγώρως* mutavit. Hermannus autem et Kralius et Cronius et Schmelzerus in suis editionibus formam traditam retinuerunt. Interrogemus igitur quid numeri velint. *Λάχητα τόνδ'. [Λα.] Ἀληθῆ γὰρ οἴει . . .* = *[πε]ρὶ τοῦ πατρὸς τοῦ αὑτοῦ τε καὶ τοῦ* (⏑–⏑–⏑––⏑–⏓); interjecta sunt *-ει ὦ Νικία, ὡς δγ' ἔλεγεν* = *ὁ Λυσίμαχος ἄρτι περὶ τοῦ* (⏑–⏓ ⏑⏑–⏑⏑⏑⏓). Itaque et numeri, et recta loquendi consuetudo negant *του* omitti posse. Porro *Μελησίου πάνυ μοι δοκεῖ . . .* = *καὶ εἰς ἅπαντας ὅσοι τὰ τῶν* (⏑–⏑–⏑⏑–⏑–). Interjecta sunt cum similitudine verborum positionis: *εὖ εἰρῆσθαι καὶ εἰς ἐκείνους* = *καὶ εἰς ἡμᾶς καὶ εἰς ἅπαντας* (⏓–––⏑–⏑–⏓) (De *εὖ* ante vocalem vide Kühner-Blass Gram. I 196). Tum *τὰ τῶν πόλεων πράττουσιν ὅτι αὐτοῖς* = *σχεδόν τι ταῦτα ξυμβαίνει ἃ οὗτος* (⏑–⏑–––⏓⏑⏑––). Hic exemplum *συνιφήσεως*, quam grammatici dicunt, habemus. Sine dubio condonabitur mihi cum commodo numerorum *ξ* pro *σ* scribenti. Tum sequitur figura altera *λέγει καὶ περὶ παῖδας καὶ περὶ τἆλλ' ἴδι . . .* = *[ἀ]μελῶς διατίθεσθαι, ταῦτα μὲν οὖν καλῶς* (⏑–⏓ ⏑⏑–––⏑⏑–⏑⏓). Itaque *καὶ* scribendum est ante *περὶ παῖδας*.

ρεῖν
Interjecta sunt *τἆλλ' ἴδι' ὀλιγώ* = *ρως τε καὶ ἀμελῶς* aut
τἆλλ' ἴδι' ὀλιγωρεῖ = *σθαί τε καὶ ἀμελῶς δι-*. Responsum
est igitur hoc loco ambiguum.

181 A. Badhamus delevit *Σωκράτης*. Codex Σ dat pro *ἑκάστοτε μέμνησθαι* ordinem verborum inversum. Quid docent numeri? Primum figuram quartam hujus formae monstrant abccba: [*Σω-φρο*]*νίσκου λέγοιεν ἀλλ' ὦ παῖδες* . . .: [*πά*]*τερ, οὗτος.* [*Λυ.*] *Εὐγετὴν Ἥραν* (⏓‒◡‒◡‒‒‒‒); interjecta sunt *-δες λέγετέ μοι, ὅδ' ἐστὶν Σω*[*κράτης*] . . . = *-κάστοτε.* [*Παι.*] *Πάνυ μὲν οὖν ὦ πά-* (‒◡◡◡◡◡◡‒‒⏓); denique *ἐστὶν Σωκράτης περὶ* = *οὗ μέμνησθ' ἑκάστοτε* (‒‒‒◡‒◡◡), *ὦ Σώκρατες ὅτι ὀρ-θοῖς* . . . compares cum verbis *-λως καὶ δὴ καὶ ὅτι οἰκεῖ-* (‒‒⏓◡◡◡‒‒): interjecta sunt *ὀρθοῖς τὸν πατέρ' ἄρι* = *στον ἀνδρῶν ὄντα καὶ ἄλ-* (⏓‒‒⏓◡◡‒). Itaque inuria addubitavit Badhamus et *Σωκράτης* et *καὶ ἄλλως.*

184 D. Suspecta Badhamus habebat verba *ἡ βουλή*: eidem *νυνδὴ* ante *ἔτι* supplendum videtur. Numeri autem non obsequuntur. Correptione diphthongi in vocis pausa neglecta habemus [*προ*]-*κειμένοῠ.* [*Λυ.*] *Ἀλλὰ δέομαι ἔγωγ' ὦ Σώκρατες* = *καὶ γὰρ ὥσπερ ἔτι τοῦ διακρῐ́νοντος δοκεῖ* (‒◡‒‒◡◡⏓◡◡‒‒‒◡‒). Hic cum commodo numerorum *διακρῐ́νοντος* pro *διακρῑνοῦντος* scribendum est, nam Plato ipse scribendo non distinxit simplex *o* a diphthongo *ου-*. Porro *κρῐ́νοντος δοκεῖ μοι δεῖν ἡ* = *μῖν ἡ βουλή, εἰ μὲν γὰρ συν* (‒‒‒◡‒‒‒⏓). Tum ab *ἡ βουλή* incipit figura prima: *ἡ βουλὴ εἰ μὲν γὰρ συνεφερέσθην* = *τώδ' ἧττον ἂν τοιούτου ἔδει· νῦν* (‒‒◡‒‒‒⏓◡◡‒‒). Sex jambi sequuntur *δέ-τὴν ἐναντίαν* = *γάρ, ὡς ὁρᾷς, Λάχης.* Tum *γὰρ ὡς ὁρᾷς Λάχης Νικίᾳ ἐ...* = *σύμψηφος εἶ.* [*Σω.*] *Τί δ' ὦ Λυσίμαχε* (⏓‒◡‒◡‒‒◡◡◡) cum interjectis verbis *Νικίᾳ ἔθετ'* = *εὖ δὴ ἔχει ἃ* (‒◡◡◡◡) et *-χει ἀκοῦσαι καὶ σοῦ* = *ποτέρῳ τοῖν ἀνδροῖν* (◡◡‒‒‒‒), ut figura B (abbcca) sit. Sic recte se habent omnia, neque *ἡ βουλὴ* deleri neque *νυνδή* inseri potest. Mox codices praebent *ὁπότε*, editores autem omnes conjecturam Schleiermacheri optimam acceperunt, neque respuit numerus. Nam *καὶ* ante *ποιοῖ* deleto, quod me Blassius humaniter monuit, figuram alteram sic constituere possumus. *ὁπότερ' ἂν οἱπλείους ἐπαινῶσιν ἡ* = *χρῆσθαι.* [*Λυ.*] *Τί γὰρ ἄντις ποιοῖ, ὦ Σώκρατες.* Tum *ἡμῶν τούτοις* = *μέλλεις χρῆσθαι.*

Hunc locum editores alii aliter emendare frustra conati sunt. Initium quidem Jacobsius fecisse videtur, qui pro γένει tradito δίνῃ scribi maluit. Qua ratione lectio γυναικὶ Hommelio occurrerit et cur in conjectura ejus Hermannus acquieverit, non possum satis mirari. Stallbaumius et Schmelzerus recte defendunt quae tradita sunt. Figura altera apparet, in qua vocalis longa in vocis pausa ante vocalem correptione non afficitur: ὦ Νικίᾱ. [Νι.] Οὔ μοι δοκεῖς εἰδέναι ὅτι, ὃς ἂν . . .: ὥσπερ γένει καὶ πλησιάζῃ διαλεγόμενος (– – ⏑ – – – ⏑ – – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑). Tum inter se respondent verba, quae interposita sunt: ἐγγύτατα Σωκρά = τους ᾖ λόγῳ ὥσπερ (– ⏓ ⏑ ⏑ – ⏓). Pergunt inde numeri sic: -ζῃ διαλεγομενος ἀνάγκη = αὐτῷ ἂν ἄρα καὶ περὶ ἄλλου (– ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ – ⏓) tum (του) πρότερον ἄρξῃ = ται: διαλέγεσθαι μὴ [(–) ⏑ ⏑ ⏑ – – (–)], et παύεσθ' ὑπὸ τούτου περιαγόμενον τῷ λόγῳ = πρὶν ἐμπέσῃ εἰς τὸ διδόναι περὶ αὑτοῦ λόγον (⏓ – ⏑ ⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏓) verbis λόγῳ et λόγον similiter fine numeri positis. 187 E.

Codices optimi exhibent αὐτῷ τὸ γῆρας. Apographon Vaticanum 1029 autem, cujus lectiones chartae identidem confirmant, praebet αὐτὸ, quod editores sapienter tuiti sunt. Ficinus vertit "senectutem ipsam". Numeri ad sententiam Orelli inclinantur, qui αὐτῷ αὐτὸ scripsit. Monstrant enim primum figuram A [Σόλω]νος καὶ ἀξιοῦντα = μανθάνειν ἕωσπερ (– ⏑ – ⏑ – ⏑), iterum figuaram primam ἂν ζῇ, καὶ μὴ οἰόμενον αὐτῷ αὐτὸ τὸ = γῆρας νοῦν ἔχον προσιέναι. ἐμοὶ μεν οὖν (– – – ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏓). Hic habemus iterum correptionem vocalis longae in vocis pausa neglectam. Denique μὲν οὖν οὐδὲν ἄηθες οὐ δ' αὖ = ἀηδὲς ὑπὸ Σωκράτους βα[σανίζεσθαι] (⏑ – ⏓ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓). 188 B.

Bekkerus illam pronominum abundantiam οὗ αὐτὸς αὑτοῦ addubitans οὗ uncis inclusit. Jacobsius habebat οὗ pro vero genitivo pronominis personae tertiae, dedit autem αὐτοῦ pro αὑτοῦ. Engelhardtus tradita defendit, cum οὗ — αὑτοῦ aeque exemplo atque οὗ — αὐτοῦ careret. Schanzius ἡρμοσμένος οὗ pro repetitione verborum ἡρμοσμένος οὐ supra habebat. Schenkelius correctione Orelli εὖ pro οὗ accepta infinitivum ζῆν 188 D.

188 D. delevit. Badhamus, ut solet, quam plurima damnavit et *ζῆν* et *οὖ* et *ἡρμοσμένος*. Ex hoc labyrintho potest fortasse numerus iter monstrare: *εἶναι ἁρμονίαν καλλίστην ἡρμοσμένος οὐ λόραν ...: ὄργαν' ἀλλὰ τῷ ὄντι ζῆν ἡρμοσμένος εὖ αὐ-* (–⏑–⏑⏑––––––⏓⏑⏑–⏑–): interjecta sunt *οὐδὲ παιδιᾶς*, quae initium repetunt *ὄρ γαν' ἀλλὰ τῷ*. Itaque repetitio participi *ἡρμοσμένος* fit orationis decus non dedecus, quod Schanzius putavit. Aut tradita sunt retinenda aut conjectura Orelli lenissima accipienda est, quod mihi praestare videtur. Mox Badhamus stilum in illud *δὲ* post *οἴομαι* vertit et Schanzius in conjectura infelici parum circumspecte acquiescit. Pergunt enim numeri sic:

-τος αὐτοῦ τὸν βίον = σύμφωνον τοῖς λόγοις (––––⏑– / ⏑–––⏑–).

Sed *σύμφωνον τοῖς λόγοις πρὸς τὰ ἐργ' ἁ = τεχνῶς δωριστὶ ἀλλ' οὐκ ἰαστὶ* (––––⏑–––⏑–⏑). Denique *ἰαστὶ οἴομα δ' οὐδὲ = φρυγιστὶ οὐδὲ Λυδιστί*. Itaque *δὲ* sine numerorum damno omitti non potest.

192 C. Schanzius uncis inclusit verba *περὶ ἀνδρείας*, quae Badhamus jam in supicionem vocaverat. Hanc quoque rem numerus indicet. Figura quarta formae hujus abccba statius apparet: *καρτερία τις εἶναι τῆς ψυχῆς ... ἐι ... = ἀποκρινούμεϑ' ἡμῖν αὐτοῖς τοῦτό* (⏓⏑⏑–⏑––––––⏓). Interjecta sunt primum *τό γε διὰ πάντων περὶ ... = εἴγε τὸ ἐρωτώμενον* (⏓⏑⏑⏑––⏑⏑) denique *ρὶ ανδρείας πεφυκὸς = δεῖ εἰπεῖν* [*Σω.*] *Ἀλλὰ μὴν δεῖ* (⏑–––⏑–⏓). Itaque *περὶ ἀνδρείας* non omittendum videtur, et Schmelzerus et Cronius etiam defendunt formam traditam. Sed melius sit fortasse *μέρος ἀνδρείας* cum Badhamo scribere. Si *περὶ ἀνδρείας* retinetur, putandum est ex *εἰπεῖν* pendere. Recte collegisse ex apographo et codicibus *ὅτι οὔτι* Schanzius videtur, nam numeri sic pergunt: *τοίνυν ἔμοι γε φαίνεται ὅτι οὔτι πᾶσα γ' ὡς ἐγὼ οἶ*[*μαι*] (⏓–⏑–⏑–⏑⏑⏓). Tum sequitur figura quarta sic: *-μαι καρτερία ἀνδρεῖα σοι ... = μὲν οὖν ἰσϑ' ὅτι τῶν καλλίστων* (⏓–⏓⏑⏑––––); interjecta sunt primum, *σοι φαίνεται τεκμαίρομαι δ' ἐνϑείδε· σχεδὸν ... = -λῶν πραγμάτων ἡγεῖ συ ἀνδρείαν εἶναι.* [*Λα.*] *Εὖ* (––⏑––––⏑ ––––⏑–), tum [*σχε*]*δὸν γάρ τι οἶδ' ὦ Λά- ... = λῶν*

πραγμάτων ἤγει (— — ⏑ — — ⏓) quae repetunt initium membri **192 C.**
prioris. Denique duo choriambi *-χης ὅτι τῶν* = *Πάννκαλῶν.*

Parisinus G solus ex omnibus codicibus dat *πρὸς ὅτι.* **195 A.**
Cronius commemoravit formas *ὅπου, ὅπως ὅστις* et ceteras pro *ποῦ πῶς, τίς,* in interrogationibus ab alio repetitis inveniri solere. Tamen haec lex neutiquam sine exceptione vera est. Conferas quaeso Aristophanis Ran. 1424 *τίνα γνώμην; τίνα;* Ares 608 *παρὰ τοῦ; παρὰ τοῦ* et 1234 *ποίοις θεοῖς; ποίοισιν;* porro Antiphonis fragmentum apud Athenaeum 402 D. (v. Kock. Antiph. Frag. II, 17—20, et ann. ad Aristoph. Ran. 1424). Hoc loco quidem codices optimos lectionem genuinam servavisse numeri aperte docent. *ὦ Σώκρατες.* [*Σω.*] *Πρὸς τί τοῦτ' εἶπες βλέ* = *ψας, ὦ Λάχης.* [*Λα.*] *Πρὸς τί; χωρὶς δήπου* (— — ⏑ — — ⏑ — — — —). Verba eadem in numero similiter posita commemoratu digna esse haud necesse est urgere. Porro *Πρὸς τί; χωρὶς δήπου σοφία ἐστὶν ἀνδρείας.* [*Σω.*] · *Οὐκοῦν φησί γε* = *Νικίας.* [*Λα.*] *Οὐ μέντοι μὰ Δία ταῦτα τοι καὶ ληρεῖ.* [*Σω.*] *Οὐκοῦν διδά-* (— ⏑ — — — — ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ — — — — — — — ⏑ ⏓). Hic diphthongus in pausa vocis ante vocalem non corripitur, id quod haud infrequenter fit, praesertim cum pausa inter verba disputatorum diversorum accidit. Quo tandem casu talis responsio fieri potest! Tum *διδάσκωμεν αὐτόν, ἀλ* = *λὰ μὴ λοιδορῶμεν οὐκ* (⏑ — — ⏑ — ⏑ —). Fraudis igitur convicti per numerum quoque sunt codices *B* et *T*, qui indicativum *διδάσκομεν* praebent. Deinde *Οὐκ ἀλλά μοι δοκεῖ, ὦ Σώ* = *κρατες Λάχης ἐπιθυμεῖν* (⏓ — ⏑ — ⏑ ⏑ — —) sed *-κρατες Λάχης ἐπιθυμεῖν κἀμὲ φανῆναι* compares cum *καὶ αὐτος ἄρτι τοιοῦτός τις ἐφάνη* [*Λα.*] *Πα*[*νν*] ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ — ⏓) verba quae interjecta sunt, ut saepe, initium hujus numeri repetunt *μηδὲν λεγοντ' ὅτι* = *καὶ οὗτος ἄρτι τοι-.* Itaque recte dant codices optimi *τοιοῦτός τις,* quod editores inuria reiecerunt.

De verbis *τὸ ὑγιεινὸν εἰπεῖν οἷόν καὶ νοσῶδες* Engel- **195 C.**
hardtus arbitratus est *τε* trajectum esse, cum *τὸ ὑγιεινόν τε εἰπεῖν οἷον καὶ νοσῶδες* exspectandum esset. Badhamus ipse putat *τε* praecipuam molestiam ponere, damnat autem mirabile

195 C. dictu non *τε* sed *εἰπεῖν οἷον*. Stallbaumius et Cronius (in appendice suae editionis) defendunt verba tradita. Codices optimi praebent *δήτι τοσοῦτον* (cf. Thu. 6 — 31. 7—75 *τὶς ἕκαστος*), quod editores injuria spreverunt, nam figura *τε* deleto plane exstat: [*ἀ*]*ληθές γε.* [*Σω.*] *Πῶς δή;* [*Νι.*] *Ὅτι οἴεται τοὺς ἰατροὺς πλέον τι εἰδέναι περὶ τοὺς* = *κάμνοντας ἢ τὸ ὑγιεινὸν εἰπεῖν οἷον καὶ νοσῶδες, οἱ δὲ δήτιτοσου*[*τον*] (— — ⏑ — ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ — — — — — — — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑ —). Itaque *τε* non solum verborum ordinem sed numeros turbat. Scriba in hunc errorem facile ductus est, quod *τε* solet post *οἷος* scribi. Conferas quaeso paucos hujus dialogi locos: 179 A bis; 186 C; 190 A; 191 A; 194 B; et usum *οἷόν τε* et *ὥστε* cum infinitivo. Hoc loco est supplendum *ἐστὶν* id est, *εἰδέναι τὸ ὑγιεινὸν εἰπεῖν ποῖόν ἐστι.* Nolo igitur cum Badhamo *εἰπεῖν οἷόν* delere ut illud *τε* molestum tueor. Sed *δήπου* et *δήτι* sine dubio putanda sunt geminae ejusdem lectionis formae. In codice quodam deteriore (Bek. K.) *δήπου* est post *ἴσασιν*, ubi re vera duae syllabae amissae sunt, ut numeri ostendunt *-σοῦτον μόνον ἴσασιν* (*δήπου*). *εἴ δὲ δεινόν τῳ τοῦτ'* = *ἐστιν τὸ ὑγιαίνειν μᾶλλον ἢ τὸ κάμνειν ἡγεῖ* (— — ⏑ ⏑ ⏑ — — — — ⏑ — ⏑ — — — —). Porro *μᾶλλον ἢ τὸ κάμνειν ἡγεῖ συ* = *τουτὶ, ὦ Λάχης τοὺς ἰατροὺς* (— ⏑ — ⏑ — — — — — ⏓). Tum figura altera sequitur: *ἐπίστασθαι; ἢ οὐ πολλοῖς* . . . = *-ναστῆναι ἢ ἀναστῆναι* (⏓ — ⏓ ⏑ ⏑ — — —) interjecta sunt *οἴει ἐκ τῆς νόσου ἄ* = *μεινον εἶναι μὴ ἀνα-* (— ⏑ — — ⏑ ⏑ ⏓). Nunc codex Urbin. 31 omittit *κρεῖττον* et Venetus cum multis aliis codicibus *οἶμαι*. Parisinus E, quem Stephanus saepius secutus est, post *κρεῖττον* particulam *γε* infercit. Haec verba in figuram alteram sic apponenda sunt: *-ναι; τοῦτο γὰρ εἰπέ, σὺ πᾶσι φῂς ἄμει-* . . . = *κρεῖττον τεθνάν'*; [*Λα.*] *Οἶμαι ἤγωγε τοῦτο γ'* [*Νι.*] *Οἷς* (— — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ —); interjecta sunt *-νον εἶναι ζῆν* = *καὶ οὐ πολλοῖς*. Itaque neque *κρεῖττον* neque *οἶμαι* omitti potest. Item scribere *γε* post *κρεῖττον* numeros tantummodo turbat. Hoc loco scripsi infinitivum *τεθνάναι* cum elisione, quod licere Blassius in suo libro de numeris pag. 112 jam demonstravit. Porro *οὖν τεθνάναι* = *λυσιτελεῖ*, tum *τοῖς* ante *ἰατροῖς* deleto *λυσιτελεῖ*, *ταῦτ' οἴει δεῖν' εἶναι καὶ οἷς ζῆν* . . .: *δὴ σὺ δίδως ἰατροῖς γιγνώσκειν*

ἢ ἄλλῳ, quattuor trochaeis interjectis Οὐκ ἔγωγε = [Νι.] Ἀλλὰ 195 C.
τοῦτο (–◡◡––––––––◡––). Sequuntur duo exempla figurae alterius alia: ἢ ἄλλῳ τινὶ δημιούρ[γῳ] ... = ἐπιστημονι οἷον ἐ[γὼ] (◡––◡◡–◡⏓) γῳ πλὴν τῷ τῶν δει = νῶν καὶ μὴ δεινῶν. Itaque recte praebet Venetus οἷον pro ὃν et καὶ μὴ δεινῶν non omittenda sunt, ut vulgata. Denique -νι οἷον ἐγὼ ἀνδρεῖον καλῶ ... = Ἔγω γ' ὅτι γε τοὺς μάντεις καλεῖ (◡–◡◡◡–––◡–), verbis καλῶ et καλεῖ, ut fieri solet, similiter in utroque numeri membro positis; interjecta sunt -ον καλῶ; [Σω.] κατανοεῖς = ὦ Λάχης ὅ τι λέγει (–◡–◡◡◡–).

Eichlerus (in Fleck. Annal. Vol. 123) numeris librisque 196 D.
omnibus invitis πᾶσα damnavit. Numeri enim formam figurae alterius solitam abbcca exhibent: ἔσται. ἐὰν μὴ αὐτὴν ταύτην ἐπιστή[μην] compares cum ἄρα τῷ ὄντι οὐκ ἂν πᾶσ' ὗς γνοίη οὐ δ' ἂν (⏓◡◡–◡––––––◡–⏓) verba interjecta inter se respondent sic: -μην προσλάβῃ οὐχ οὕ = τως ἔλεγες οὕτω (–⏓◡◡––) et οὕτω μὲν οὖν κατὰ τὴν = παροιμίαν ἄρα τῷ (⏓–◡–◡◡⏓). Confer quae Cronius (Laches, Anhang p. 85) de hac conjectura recte agnoverit. Itaque Eichlerus πᾶσα injuria addubitavit. Neque silentio praetermittere possum responsionem admodum mirifice adaequatam nisi quod nomen Κρομμυωνίαν cum simplici μ scribere cogimur quod sane Stallbaumius libris et inscriptionibus nullo modo invitis jam pridem voluit (vide Schale des Aeson. Museo Arguelogico. Madrid, Antike Denkmäler II Tafel I). Editores recentiores quoque hoc nomen derivare voluerunt hi a Kromo. Neptuni filio, illi a κρόμυον, quae est hujus nominis forma epica. Poetarum sane apud Bacchylidem solum [C. XVII. 24. κρεμυῶνος] legitur hoc nomen, ubi codex quidem formam cum simplici μ adhibet, quamquam editor princeps metri causa κρεμυῶνος in κρεμμυῶνος sine dubio recte correxit. At haud scio an Plato legibus eisdem atque Bacchylides esse non astrinxerit. Nam ἀνδρεῖος ἔσται ἐὰν μὴ αὐτὴν ταύτην τὴν ἐπιστήμην | προσλάβῃ οὐχ οὕτως ἔλεγες; [Νι.] Οὕτω μὲν idem est atque [ὅ]τι οὐδὲ τὴν κρομυωνίαν ὗν πιστεύεις σὺ γ' ἀνδρείαν γεγονέναι. τοῦτο δὲ λέγω οὐ παίζων (⏓–◡–◡◡–◡–––––◡–––|⏓◡◡––⏓

196 D. ⏑⏑⏑––⏓). Tum *ἔμοιγε* pro *μοι* scripto reliqua sic apponenda sunt: *ἀνδρεία γένοιτ'* [*Νι.*] *Οὐκ ἔμοιγε δο = κεῖ.* [*Σω.*] *Δῆλον δή, ὦ Νικία, ὅτι* (–––⏑––⏑⏓⏑⏑). Ex hac disputatione unum utique apparet *πᾶσα* non delendum est.

198 B. Engelhardtus in prog. gym. Gedanens. a. 1834 de hoc loco commemoravit: "oratio, quae indirecta fuerat (*εἶναι*), altero enuntiato directa fit (*παρέχει*), tertio tamen rursus indirecta". Astius idcirco *παρέχει* in *παρέχειν*, remedio usus valde simplici ut videtur, correxit. Plato autem orationem magis numerosam quam concinnam saepe curavisse videtur. Locus ad numeros sic redigi potest *εἶναι ἃ καὶ δέος παρέχει θαρραλέα δ' ἃ μὴ δέ = ὃς παρέχει δέος παρέχειν δ' οὐ τὰ γεγονότ' οὐδὲ* (–⏑⏑–⏑–⏑⏑–, –⏑⏑⏑⏑–⏑) eisdem verbis similiter positis. Neque dubitamus *δὲ* post *παρέχειν* scribere, propterea quod verba duo *δέος* et *παρέχειν* tam arte cohaerent, ut unam tantum notionem (scilicet "terrere") contineant. Schanzius libris omnibus invitis *δοκεῖ* delet. Bodleianus enim *καὶ σὺ* (*σοὶ*) *δοκεῖ* et Venetus *καὶ δοκεῖ καὶ σὺ* adhibet. Numeri pergunt sic: *-νότ' οὐδὲ τὰ παρόντα, τῶν = κακῶν ἀλλὰ τὰ προσδοκώ-* (⏑–⏓⏑⏑–⏑–) et *ἀλλὰ τὰ προσδοκώ = μενα δέος γὰρ εἶ*[*ναι*] et *-ναι προσδοκίαν μέλλον = τος κακοῦ ἢ οὐχ οὕτω* (–⏓⏑⏑–––), tum *μέλλοντος κακοῦ ἢ οὐχ = οὕτω καὶ σοὶ δοκεῖ, ὦ* (–––⏓⏑⏑–). Itaque recte praebet Bodleianus [2] *σοὶ δοκεῖ.* Denique *ὦ Λάχης;* [*Λα.*] *Πάνυγε σφόδρ' ὦ = Σώκρατες* [*Σω.*] *Τὰ μὲν ἡμέτε*[*ρα*] (–⏑–⏑⏑–⏑⏓).

198 D. Schanzius *καὶ γενήσεται* deleri voluit; item Hirschigius *ὅπῃ γενήσεται.* Orellius autem concinnitatis gratia *γίγνεται καὶ γέγονε καὶ* post *ὅπῃ* infercit; item Heusdeus *καὶ νοσῶδες,* tanquam si Plato ipse hoc loco non satis prolixe scripsisset. Orationem mala ratione procedere me admonuit Blassius, qui verbis *γεγονότος, γιγνομένων, ἂν γένοιτο* (scilicet *γενησομένων*) collatis proposuit *καὶ γεγονότα καὶ γιγνόμενα καὶ γενησόμενα.* Conferas quaeso 198 B. *γεγονότα, παρόντα, προσδοκώμενα.* Quid nos docebunt numeri? *δοκεῖ σοί τε καὶ ἡμῖν.* [*Νι.*] *Τὸ ποῖον δὴ τοῦτ'* idem est atque *ὅσων ἐστὶν ἐπιστήμη, οὐκ*

ἄλλη μὲν (⏑––⏑⏑––⏑–––⏓): interjecta sunt primum *τοῦτ'* **198 D.**
[Σω.] *Ἐγὼ δὴ φρά = σω, δοκεῖ γὰρ δὴ* (–⏑––⏑), deinde *δοκεῖ γὰρ δὴ ἐμοί = τε καὶ τῷδε περὶ* (⏑––⏑⏑⏓). At *ὅσων ἐστὶν ἐπιστήμη, οὐκ* hanc figuram conjungit illi, quae proxime insequitur, et comparari potest cum *ὅπῃ γίγνεταῐ, ἄλλη δ' ὅπῃ*. Interjecta *εἶναι περὶ γεγονότος = εἰδέναι ὅπῃ γέγονεν* (––⏑⏑⏓⏑⏑⏑); tum *-τος, εἰδέναι ὅπη γέγονεν = ἄλλη δὲ περὶ γιγνομένων*; porro *ὅπῃ ἂν κάλλιστα γένοι = το τὸ μήπω γεγονός ἀλλ'* (⏑⏑––⏓⏑⏑–). Itaque Schanzius illa verba supervacanea et verbis ceteris male accommodata *καὶ γενήσεται* a librarius ad explicandum addita, recte damnavisse videtur. Figura prima sequitur: *-πω γεγονὸς, ἀλλ' ἡ αὐτὴ. οἷον πε = ρὶ τὸ ὑγιεινὸν εἰς ἅπαντας τοὺς* (⏓⏑⏑⏑–⏑–⏑––⏓). Injuria igitur addidit Orellius *καὶ νοσῶδες*. Porro *-παντας τοὺς χρόνους = οὐκ ἄλλη τις ἢ*; tum *-λη τις ἢ ἰατρικὴ = μί' οὗσ' ἐφορᾷ καὶ γεγο* (⏓⏓⏑⏑––⏑⏓); et *γεγονότα καὶ = γιγνόμενα καὶ* (⏓⏑⏑⏑–); *γιγνόμενα καὶ γε = νησόμενα καὶ πε* (–⏑⏑⏑–⏑); tum *ται καὶ περὶ τὰ ἐκ τῆς = γῆς αὖ φυόμεν' ἡ γε-* (––⏓⏑⏑–⏓). Itaque ex his responsionis figuris colligitur Hirschigium *ὅπῃ γενήσεται* recte delevisse et verba *γιγνόμενα* et *γεγονότα* inter se transponenda esse.

LEOPOLDUS SADÉE:

DE BOEOTIAE TITULORUM DIALECTO

Boeoticae dialecti grammaticam composuerunt antehac:

1. Henricus Ludolfus Ahrens in libro primo operis palmaris De Graecae Linguae Dialectis (Gottingae 1839);
2. Ernestus Beermann in dissertatione Lipsiensi De Dialecto Boeotica, quam Georgius Curtius nono Studiorum volumini inseri iussit;
3. Antonius Führer in dissertatione Gottingensi De Dialecto Boeotica (anno 1876 edita);
4. Riccardus Meister in libro primo operis Die griechischen Dialecte (Gottingae 1882).

Atque in hoc quidem libello de eadem propemodum re conscripto inscriptionibus tantummodo ut dialecti fontibus usus sum, ratus eis demum per se cognitis exhaustisque ad ea quae codicibus Boeotica significantur progredi licere certis legibus eruditum.

Titulos qui quidem usque ad annum 1892 inventi essent, Guilelmus Dittenberger edidit in volumine primo Corporis Inscriptionum Graecarum Graeciae Septentrionalis. Cuius luculentissimi operis inscriptionum numeros suis quemque locis sine ipsius operis nomine afferam.

Tituli qui abinde publici iuris facti sunt, his potissimum libris continentur:

1. Bulletin de Correspondance Hellénique, inde a volumine decimo sexto. Nota scripsi BCH 16 sqq.
2. *Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική*, inde ab anno 1892. Nota scripsi *Ἐφ.* 1892 sqq.
3. Revue des Etudes grecques, inde a volumine quinto. Nota scripsi REG 5 sqq.

Praeterea catalogi nummorum Musei Britannici usus sum ea parte quae inscribitur *Central Greece:* conquisivi ex ea num-

mos Boeotorum qui quidem de dialecto quid possent edocere. Nota scrispi CGC.

Nonnumquam tituli Lesbiorum laudandi erant. Quod ita feci, ut commonerem de fasciculo altero eius operis quod Inscriptiones Graecae Insularum Maris Aegaei vocatur, nota usus Ins. II.

Ceteras quas adhibui notas explanare supersedeo.

Pars prima.

Quae communia sint dialecto Boeoticae cum Lesbia et Thessalica.

A. DE SONIS.

§ 1. De labialismo.

A Boeotis consonae labiales e gutturalibus ortae eis quoque in locis pronuntiatae sunt, ubi Attici dentalibus aut gutturalibus uti maluerunt.

a) Consonae labiales locum obtinent dentalium.

Observatur vocum initio, cum priscam gutturalem vocalis excipit *e*. Testes sunt *πέτταρες*, *πεῖλε*, *πεῖσαι*, ***Περμασός***, ***Φετταλός***, *-φεστος*, *βείλομαι*, ***Βελφοί***; eodem *δβελός* num spectet, valde dubium est.

Boeotos *πέτταρες* dixisse multis exemplis probari potest; eligenda putavi ea quae titulo praebentur Orchomenio 3193: *πέτταρες δβολοί*, *πέτταρας δβολώς*, *πετταράκοντα πέτταρες* (*δραχμή*). Neque minus *πετρα-*, *πέτρατος*, *πετράς* (unde ***Πετραδίων***) inveniuntur; conferas velim *πετράτη*, *πετράμεινον* tituli 3172 (v. 142. 115) et ipsius Orchomenii.

Adverbium *πεῖλε* tribus nominibus propriis comparet: ***Πειλεξενίς*** 654, ***Πειλεμάχω*** 2420_3, ***Πειλεκλίδαο*** 3183_{10}. Initium formae ***Τειλεφάνεις***, quae bis in eadem familia legitur (***Ϝίλλων Τειλεφάνειος*** 2431_{10}, avus eius qui ***Ϝίλλων Τειλεφάνιος*** nominatur $2724d_6$), a lingua Boeotica alienum esse certissimum est.

Pro Atticorum *τεῖσαι*, ***Τεισι-*** Boeotis *πεῖσαι*, ***Πεισι-***[1]) placuisse aoristo *ποταποπισάτω* 3172_{85} et nominibus propriis

---

1) A stirpe *τεισι-* quae apud Boeotos est *πισι-*, distat stirps *τεισι-* ('honorare'), quam et Boeotice retinere dentalem nomine accipimus

Πισιδίκα 655, *Πισίδικον* 3179$_{10}$, *Πισίμειλος* 3193$_{12}$ discimus.

Fluminis *Τερμασός* mentionem facit Pausanias IX 29, 5[1]. A Boeotis appellatum esse *Περμασός* viri nomine *Περμάσιχος* 2072 ostenditur, quod a flumine repetendum esse manifestum est.

Gentis nomen quam Attici vocant *Θετταλοί* Boeoti initio vocis consonanti labiali pronuntiant *Φετταλοί*. Testes viri sunt titulorum 664 et 2430$_{8}$, qui ethnica voce *Φετταλός* nomine utuntur proprio.

Participium perfecti passivi eius verbi cuius aoristum *θέσσασθαι* ex Pindari et Archilochi carminibus novimus, *θεστός* est; occurrit in nomine *Ἑρμόθεστος*, de quo vide GP² 112. Boeotos quidem non *θεστός* dixisse sed *φεστός*, nominibus *Θιόφεστος*, *Θιόφειστος* 3172$_{90}$, 3192$_{43}$ et *Φεστίας* 1752$_{6}$ demonstratur.

Locrorum *δείλεται* Boeotice *βείλεται* opponitur. Cuius rei ad ea exempla provoco quae post Dittenbergeri volumen editum in lucem prolata sunt: *τὸν βειλόμενον*, *βείλων[τη]* BCH 19. 157B$_{8.9}$, *βείλειτη*, *βε[ίλ]ωντ[η]* ib. 21. 554$_{2.7}$.

Urbem illam Apollinis oraculo clarissimam Boeoti *Βελφοί* nominabant. In titulis formae *Βελφόν* 2385$_{4}$, *ἐμ Βελφοῖς* 2418$_{23}$, *Βελφίς* 619 comparent.

Quo modo de vocabuli *ὀβελός* — habes *ὀβελόν* 1739$_{8}$ — littera labiali iudicandum sit, incertum est. Si quis secum reputaverit Delphos, Argivos, Gortynios, Tarentinos, Arcades *ὀδελός* dixisse, is facile adducetur, ut inter *ὀβελός* et *ὀδελός* eandem rationem intercedere sibi persuadeat atque inter *Βελφοί* et *Δελφοί*, *βείλεται* et *δείλεται*. At *ὀβελός* forma ne ab Attico quidem sermone est aliena[2]: quam indidem repetere, unde Boeotorum labialem, Atticae linguae indole prorsus vetamur.

Τισιμένεις 1888*b*$_{9}$. Quae Brugmannus Griech. Gramm.³ 47 scripsit: '*Τισιμένεις* = *Τεισιμένης* (zu *τεῖσαι*, *ποινή*)', contra ea pugnant quae idem scriptor in eodem libro p. 115 contendit: 'lesb. *Πεισιδίκα*, thess. *πεῖσαι*, böot. *ποταποπισάτω* gegen att *τεῖσαι*.'

1) *ῥεῖ δὲ καὶ οὗτος ὁ Τερμησὸς περὶ τὸν Ἑλικῶνα.*

2) Kretschmer, Die griechischen Vaseninschriften 117.

Labialismi, cuius exempla modo protuli Boeotica, ex omnibus Graecorum gentibus participes nullae sunt nisi Lesbii, Thessali, Cyprii. Constat Balbillam *πέσυρα*[1]), Sappho *πῆλυι*[2]) scripsisse, Lepethymi et Methymnae filiae nomen fuisse *Πεισιδίκα*[3]). Lapidibus Thessalorum *ἀππεισάτου, Πετθαλοί, βέλλετει* debentur, Pelei nomini non *Πάλιον* subesse sed *πῆλε* rectissime monet Fickius (GP² 431). In aere Edaliensi bis legitur *πείσει*. Qui consensus ad origines Boeotorum investigandos summi momenti est.

b) Labiales exstant pro gutturalibus.

Ferdinandus de Saussure ex ea ratione, quae intercedit inter *βουκόλος* et *αἰπόλος*, collegit gutturales, quas vocant velares, privari post *u* vocalem labialismo (Mém. de la soc. de lingu. VI 101). Cuius dissimilationis Boeoti non sunt compotes: occurrunt apud eos soni *π* et *β* e *q* et *g* orti[4]) non minus post *u* quam post ceteras vocales, neque vero solum post sed etiam ante *u*. Exempla habes haec:

Κόκκυψ et *Κοκκουβίας* 1888*a*12, 174510 (Thespiis);
Κόρυψ 3640 (Thebis);
Πυλιμιάδας 602 (Tanagrae);
Βυλιά[*δας*] 585 IV15 (Tanagrae).

Eorum nominum primum alterumque illustravit Dittenberger, qui de vocabulo avis illius commonuit; tertio lumen afferri glossis Hesychianis *κόρυξ· νεανίσκος* et *κόριψ· νεανίσκος* exposuit Bechtel (Spitznamen 13). *Πυλιμιάδας* sagaciter Gu. Schulze ita explanavit in KZ 33. 243, ut *πυ-* compararet cum veterum Indorum *ku-*, qua voce ut nominis compositi parte priore exprimitur res deterior ac vitiosa, faceretque mentionem vocis

1) ... *υρεσκαιδέκοτος* in catalogo Mytilenaeo Ins. II nr. 823.

2) *πόλυ P*, corr. Bergk.

3) Wilamowitz Ind. Lect. Gott. 1885/1886 pag. 14.

4) Non debet neglegi labialis origo. Nomen *Κῖνυψ* (3636. 3637) hoc loco minime est commemorandum, quia *π* illud, quod sono finali *ψ* continetur, originem non a *q* duxit: vir appellatus est a flumine Libyo *Κῖνυψ*, quod Herodotus affert IV 175, V 42. Desideratur GP² 347.

πούλιμος qua pro *βούλιμος* usos esse Boeotos testatur Plutarchus (Quaest. conviv. 694*a*)[1]. *Βυλιάδας* Tanagraeus eodem nomine appellatur ac *Βυλιάδας* Larisaeus, quem e titulo sepulcrali *Εὐδέξιος Βύλιππος Βυλιάδαιοι* (Hoffmann GD II 34 nr. 45) novimus. Ubi cum *Βυλιάδας* pater sit filii *Βύλιππος*, neminem fugere debet eam labialem, qua incipit vox, manasse e gutturali: nam *Βύλιππος* idem nomen esse quod *Γύλιππος* manifestum est.

Larisaeo lapide quem modo attuli probatur ne hanc quidem labialismi speciem contineri Boeotiae finibus. Quod Lesbi vestigia nondum apparuerunt, forte accidisse censeo.

§ 2. De *ρο* pro *ρα* Atticorum posito.

1. Vocalem *r*, quam vocant, in tribus stirpibus *ρο* pronuntiaverunt Boeoti: *στροτός*, *ἐροτός*, *βροχύς*. De *στροτός* et *ἐροτός* iam pridem constabat; *βροχύς* Boeotorum ante hos viginti annos adeo non comparuerat, ut neque a Meistero (Griech. Dial. I 216) neque ab Hoffmanno (De mixtis Graecae linguae dialectis 10) memoraretur.

Vocis *στροτός* permulta exempla praesto sunt: taedet effundere omnia. Satis est eos afferre locos, quibus *ἐστροτεύαθη* occurrit: 3174_{27}, 3175_{6}, 3178_{10}, 3179_{6}, 3180_{13}. Et propriorum nominum magno numero subest vocabulum, quae per omnes fere Boeotiae urbes pervagantur.

Stirpem *ἐροτό* — habes in nominibus propriis *Ἐροτίων* 2429_{4}, 3207_{16}, 3624; *Ἔροττις* aut *Ἐροττίς* 2950.

Eodem modo adiectivi *βροχύς* nullum adhuc vestigium exstat nisi in nominibus virorum: *Βρόχυλλος*, *Βρόχουλλος* 1908, 3343_{1}; *Βροχᾶς* 2383_{2}, 4139_{32}; *Βρόχχιος* 2724*b*4.

Ubicumque earundem stirpium *ρα* occurrit, negare licet *ρα* istud tribuendum esse Boeotis. In monumenti sepulcralis 585 columna tertia, quod anno 426 a Chr. n. constitutum esse summa cum probilitate coniecit Röhlius, inter nomina civium Tanagraeorum comparet quidam *Ἐράτων*. Qua re Tanagraeos quinto

---

1) *Τὸ μὲν οὖν βούλιμον λιμὸν ἐδόκει μέγαν ἢ δημόσιον ἀποσημαίνειν, καὶ μάλιστα παρ' ἡμῖν τοῖς Αἰολεῦσιν ἀντὶ τοῦ β τῶι π χρωμένοις. οὐ γὰρ βούλιμον, ἀλλὰ πούλιμον, οἷον πολὺν ὄντα λιμόν, ὀνομάζομεν.*

saeculo ἐρατός pronuntiasse si cui probari videretur, interrogandus est, num inde, quod in lamina quadam Styrensi Λόχαγος nomen inscriptum esset, concludi posse existimaret ᾱ vetus servatum esse a Styrensibus. At titulo 3206, quem anno a. Chr. n. 329 incisum esse Foucartus statuit, participium praebetur στραταγίοντος. Quod inter formas Boeoticam στροταγίοντος et volgarem στραταγοῦντος intercedere iudico; in eodem titulo habes Τελέσαρχος et Λαόνικος, quas formas et ipsas a dialecto Boeotica videbimus abhorrere. Quodsi iam exeunte saeculo quarto volgaris dialecti vestigia in Boeotia deprehendimus, sequitur ut nulla re impediamur, quo minus eiusdem faciei formas, quae in eiusdem vel inferioris aetatis titulis comparent, ex eodem fonte repetamus. Itaque formas Φιλοστράτω 2826 5, Ἐράτωνος 2858 1, Βραχούλλεις 2818 18, quae exstant in tertii saeculi titulis, nihil ad Boeotorum linguam cognoscendam pertinere pro certo habendum est.

Ceteroquin ρα exstat per totam Boeotiam. E. gr. in tit. Thespiensi 1888 sicut Καλλίστροτος, Πολύστροτος, Σωστροτίδας, ita Πετραδίων, Καφισοθράσεις invenimus. Propterea Dittenberger Θροσιούστροτος 4128 2 nomen hominis Boeoti esse recte negavit: immo vero ex Aeolensibus Asianis repetendum esse idem vir coniecit summa cum probilitate.

In stirpibus στροτό-, ἐροτό-, βροχύ- Lesbii, Thessalique vocalis *r* pronuntiatione utebantur eadem qua Boeoti. Qua in re Lesbii, Thessali, Boeoti sine dubio plane consenserunt temporibus priscis; permixtione postera factum est, ut Lesbii ἐροτός amitterent, στροτός Thessali. De voce στροτός a Lesbiis servata inter omnes constat. Participium ἐροτός nomini inest Thessalico Ἐροτοκλίας tituli Metropolitani Coll. 331. Βροχύς Thessalus nuper comparuit in tit. originis incertae Ἐφ. 1900. 51 I 13.

§ 3. De ι post ρ in ε mutato.

Quaestio est de origine prioris ε vocabuli τρέπεδδα, quod in titulis Boeotorum iuxta τράπεδδα comparet. Habes enim τρεπέδδας 3172 139 (in eodem titulo Nicaretae bis τραπέδδας) et τρεπεδδίτας 2420 34. De qua origine vere iudicasse censeo Guilelmum Schulze (GGA 1897. 904), qui τρέπεδδα illud

titulorum eandem vocem esse statuit atque *τρίπεζα* Hesychii (*τρίπεζαν· τὴν τράπεζαν· Βοιωτοί*). Voces *τρέπεδδα* et *τρίπεδδα* non nisi scriptura differunt: vocalis *ι*, cum *ρ* exceperat, ita pronuntiabatur a Boeotis, ut ab *ε* non multum distaret.

Sed ecce eiusdem pronuntiationis testimonia in Lesbiorum Thessalorumque lapidibus. Memineris velim genetivi *Δαμοκρέτω*, qui titulo Mytilenaeo continetur Ins. II nr. 749, cui adiciendae sunt formae Thessalorum *κρεννέμεν*, *Ὑβρέσταν*, *ἀπελευθερεσθένσα* collectae ab Ottone Hoffmann Griech. Dial. II 320.

§ 4. De *ι* ante vocales consonanter pronuntiato.

Hoc loco mihi nomina exponenda sunt *Δαματρος*, *Δαματρα*, *Ἀφροδισα*, quae inveniuntur in tribus lapidibus sepulcralibus Tanagraeis (890. 885. 854.). Quibus nominibus accedit *Καφισα* in titulo ipso quoque Tanagraeo, quem Theodorus Reinach publici iuris fecit REG 12. 53 sqq.: [*Κ*]*αφισα Ἐροτίωνος* A 68. Ex ea re, quod haec mulier sine ulla controversione civis Tanagraea putanda est, efficitur illos quoque homines Tanagraeos arbitremur licere.

Sonorum mutationem, quam expositurus sum, in vocibus Thessalorum et Lesbiorum quibusdam iam diu perspexerunt viri docti; quare ab eis incipiam.

Guilelmus Schulze QE 295 scripsit haec: „Erant inter Thessalos qui certas aliquot consonas ante *ι* duplicare amarent: *ἰδδίαν* Coll. nr. 361 B13; *Κρανουννίοις* 361 A8; *προξεννιοῦν*, *προξεννίοι*, *πόλλιος* BCH XIII. 400 nr. 17 vv. 6. 9. 13. . . . Quae res aptum vix recipiet explicatum nisi in his Thessalos *ι* vocalem pronuntiatione in consonam vertisse . . . concedamus.“ Videmus igitur *i* consona apud Thessalos idem effectum esse, quod in linguis Germanorum occidentalium, in quibus consonas ante *i* consonam duplicari vel, ut cum doctis viris dicam, produci constat.

In eis quidem formis, quas attulit Schulze, *i* consonam, in quam ea tantum vocalis poterat mutari quae carebat accentu, expressam esse vides litteratura. Fieri autem potuit ut non iam exprimeretur: intelleges igitur, quid sibi velint *ἀργυρροι* Coll. 1557 2, *κῦρρον* 345 20, nomina propria *Μνασσας*, *Ἀγασσας*,

Ἀσσας, *Ἀμεισσας*, *Νικασσας*, *Πεισσας*, quae suffixo -*ία* derivata esse iure meritoque contendit Fickius (Bezz. Beitr. 26. 121); quam sonorum mutationem a vocativis *Μνάσιᾰ*, *Ἀγάσιᾰ*, *Ἀμείψιᾰ* (cf. *δέσποτα*, *ἄδελφε*, *Ἄπολλον*, *Πόσειδον* simm.) profectam esse suspicor.

Tertia denique quaedam orthographia statuenda est, qua non modo *i* consona, sed etiam duplicatio illa consonae vicinae neglegitur: agnoscimus in *Διοννυσοι* (genetivo nominis *Διονύσιος*) et *τρακάδι* Coll. 1329 II a11, 13326.

Cuius triplicis scripturae, qua Thessali usi sunt, alteram tertiamque apud Lesbios quoque reperies litteraturam: alterius sunt *πέρροχος* et *ἄλλαν* Sapphus (fr. 92. 110; de *ἄλλαν* iam Ahrens I 57 recte iudicavit), tertiam habes in *ἀργυρα πρόσωπα* tituli cuiusdam Aegaeensis (Hoffmann II 107 nr. 1534) et in *χρύσω χρυσοτέρα*, quem Sapphus comparativum (fr. 123) primus recte intellexit Fickius (Ilias 551).

Iam non dubitare possumus, quo modo de *Δαματρος*, *Δαματρα*, *Ἀφροδισα*, *Καφισα* sit iudicandum: eiusdem rationis sunt atque *τρακάδι*, *Διοννυσοι* Thessalorum, *ἀργυρα*, *χρυσοτέρα* Lesbiorum. Ergo eadem ratione a Boeotis vocalem *i* in consonam versam esse atque a Thessalis Lesbiisque demonstratum est.

B. DE FLEXIONIBUS.

§ 5. De dativis plur. in -*εσσι*.

Stirpium eius declinationis quam vocant tertiam, dativus pluralis Boeotice cadit in -*εσσι*. Haec collegi exempla: *Ἀκραιφιείεσσι* 2734, *Φιλετηρείεσσι* 17906, *βούεσσι* 317139, *Δαιμόνεσσι* BCH 19. 375 nr. 283, *Χαρίτεσσι* 32072, *νικώντεσσι* 24106, *πεπιτευόντεσσι κὴ πεποιόντεισσι* BCH 21. 5547, *παριόντεσσι* ib. 8, *Ἑλικωνιάδεσσι* 1788. 1789, *ἄνδρεσσι* 3210. 3211. 3408. Simplex *σ*, quod in *παραμ[ει]νάντεσι* 17807 deprehenditur, aut errori lapicidae aut dialecto volgari tribuendum est.

Dativos in *εσσι* apud Lesbios Thessalosque floruisse inter omnes constat. Neque minus iam diu notum fuit Locros orientales eisdem formis usos esse. Qua in re Phocenses a vicinis non descivisse nuper didicimus lege Labyadarum, in qua *σαμά-*

τεσσι scriptum invenimus (Coll. 2561 C 41). Ab eiusmodi dativis occidentalium Locrorum *μειόνοις* (IGS III nr. 333 14) toto caelo distat [1]).

§ 6. De declinationis suffixo *φι*.

Titulus quidam Tanagraeus quem Theodorus Reinach edidit (REG 12. 53 sqq.), in lateris A versu 28 vocabulum praebet *ἐπιπατρόφιον*. Cuius vocis vim ac sensum perspicere quantum intersit, primus docuit Solmsen (Mus. Rhen. 56. 476). Exposuit vir doctus vocabulo *ἐπιπατρόφιον* casum *πατρόφι* subesse formamque *πατρόφι* alterum esse exemplum figurae illius Boeoticae, cuius Hesychius mentionem faceret, cum scriberet: *πασσαλόφιν· τοῦ πασσάλου. ὁ δὲ σχηματισμὸς Βοιώτιος.* Sed quod maxime nostra interest, idem terminus est Aeolidis, id quod iam Hinrichs (De Homericae elocutionis vestigiis aeolicis 93) monuerat. Habes in Anecd. Paris. III 160, 8 in schol. ad Iliadis *Γ* 338 *παλάμηφιν· τῆι χειρί· ἡ λέξις παράγωγος, ἡ διάλεκτος Αἰολίς*, et in scholiis Oppiani Hal. I 709: *κατ' ὄρεσφιν· ἐν τοῖς ὄρεσιν . . . . αἰολικῶς.*

§ 7. De *-μεν* infinitivorum terminatione.

Infinitivi activi verborum quae *μι* terminatione dignoscere solemus, cum apud Atticos, Iones, Arcades, Cyprios insignes sint suffixo *-ναι*, Boeotice *-μεν* praebent:

εἶμεν persaepe, *διδόμεν* REG 12. 70 24;
δόμεν 3172 148.

Cum *εἶμεν* congruit *ἔμμεν* illud Thessalorum itemque Lesbium illud *ἔμμεναι*, namque *-μεναι* artissime cohaerere cum terminatione *-μεν* linguarum comparatione demonstratur. Accedit Homeri illud *ἔμμεν* sane item Aeolicum. Nonne igitur denuo

1) Exitum *εσσι* Eleorum quoque proprium fuisse dativo *φυγάδεσσι* eius tituli ostenditur quem edidit Szanto (Jahreshefte des österr. arch. Inst. I 197 sqq.). Eodem titulo praebentur *δαμοσιῶμεν* et *δαμοσιοία*, declinationes et ipsae more Aeolico perfectae. A Dorum sermone cotidiano quem quidem inscriptionibus noverimus, dativi in *-εσσι* non minus abhorrent quam ab Ionum, Atticorum, Arcadum, Cypriorum: *υἱέεσσι*, quam formam Gustavus Meyer (Griech. Gramm. [3] 473) ut Syracusanam porfert, non exstat (cf. Blassii adnotationem ad Coll. 3235).

statuendum est Boeoticam dialectum cum Lesbia et Thessalica cohaerere historice? At idem illud -*μεν* Graecorum est occidentalium, cf. *εἶμεν* Locrorum, *ἧμεν* Laconum. Sed tamen ne hac quidem in re consensus ille Boeotiae cum Thessalis Lesbiisque debetur casui; quod hinc vides.

Apud Boeotos enim non modo verborum quae *μι* terminatione dignoscuntur, verum etiam quae *ω* ostendunt, infinitivi activi suffixum praebent -*μεν*. Exempla in titulis reperiuntur haec:

ἀγιρέμεν et *καταγγελλέμεν* 4136 4.6, *γραφέμεν* 3055 6, *νεμέμεν* 1778 8, *νομιδέμεν* BCH 19.157 II 9, *φερέμεν* ib. et 1739 16; *ἀδικῖμεν* 4136 4, *λειτωργῖμεν* 3083 24, *ποῖμεν* REG 12. 71 8, *σουλεῖμεν* BCH 19. 157 II 7, *προστατεῖμεν* 1780 15, *δαμιωέμεν* BCH 19.157 II 7.

Manifestum est terminationem *μεν* ut ab hac declinatione alienam affluxisse ei demum e verbis in -*μι*. Perantiquis temporibus id factum esse inde apparet, quod Boeotorum mori non solum pars quaedam adiuncta est Thessalorum, verum etiam Homerus favet, id est Aeolenses illi Asiani favent, qui primi cecinerunt arma virumque Achillem Phthiotam. Ut enim Pharsali vetustiorem terminationem invenimus superstitem (*ἔχειν* habes Coll. 326 4), ita Larisae et Crannone *μεν* viguisse constat (*ὑπαρχέμεν* Coll. 345 19, 361 B 20). Eadem ratione qua Pharsalii, usi sunt Lesbii, quorum titulis *κόπτην, δείγην* simm. praebentur, cum Larisaeis autem et Crannoniis congruit Homerus, cuius in carminibus *Ϝειπέμεν, Ϝειπέμεναι* simm. aut tradita sunt, aut facili negotio possunt refici: quas Homeri formas novatas non cohaerere cum infinitivis Boeoticis Thessalicisque eadem ratione novatis cum mihi persuadere non possim, in hac libelli parte Boeotorum infinitivi mihi sunt collocandi.

§ 8. De *σσ* in temporibus sigmaticis.

Tempora sigmatica earum stirpium, quae in vocalem correptam cadunt, apud Boeotos duplici *σ* ornata fuisse hisce exemplis demonstratur:

Ἀγασσιγίτων 2718 1, 2719 5;
Ἀγασσίδαμος 2446 3, 3181 2, BCH 23. 92 4, 198 VII 11;
σουνκαλέσσαντες REG 12. 69 15.

De origine duplicis σ dissentiunt viri docti. Plerique ei favent coniecturae, qua σ duplex creditur ex stirpibus exitus sigmatici repetendum esse, in quibus ipsis quoque Boeotice mansit geminatio:

ἐπιτελέσσωντι (sic) 24108;
Τελεσσίστ-- 2378.

Restant duo exempla σ duplicis:

Δάμασσις 1908. 3231;
Τέλεσσις REG 12. 7466;

sed cave eis nimium momenti tribuas: etenim si quis dixerit geminationem illam esse hypocorismatis, eo minus is refelli possit, quia Boeoti in nominibus hypocoristicis geminationem eximie amplectuntur.

Volgari dialecto nonnulla debentur exempla simplici σ scripta. Veterrimum omnium quorum quidem aetas possit definiri, haud scio an sit adiectivum patronymicum Τελεσάρχιος 320610; titulum Foucart anno 329 tribuit: idem est in quo στραταγίοντος deprehendimus (pag. 11). Ἀγασι- habes in lapide 537b9, quem editores quarto aut tertio saeculo incisum esse iudicant. Ἐλάσιππος polemarchus comparet in titulo 31785, qui vergenti saeculo a. Chr. tertio tribuendus est.

Aoristos ἀγάσσασθαι, καλέσσαι nusquam Graeciae reperies nisi apud Aeolenses Asianos: ἀποπεράσσει [1]), [καλ]εσσάτωσαν, ὀμόσσαντες non minus quam συντελέσσαντα lapidibus praebentur. De origine duplicis σ utut iudicandum est, non dubito quin Boeotice geminatio illa tempore effecta sit eodem ac Lesbice, id est prius, quam Aeoles e Graecia septemtrionali trans mare navigarent; id quod iniuria, si quid video, negavit Schulze KZ 33. 131.

§ 9. De perfecti activi participio.

Participium perfecti activi his locis exstat:

καταβεβάων 30555,
ἐμβεβα]όντων [2]) BCH 21. 5542;
ϝεϝυκονομειόντων 3172125;

---

1) Gu. Schulze GGA 1897. 899 docet ἀποπεράσει formam esse antiquam et legitimam coniunctivi aoristi, quam in titulis Ionum et Cretum iam dudum observaverunt viri docti.

2) Supplevit Meister Sitzungsber. d. Sächs. Ges. d. Wissensch. 1899. 141.

πεπιτευόντεσσι κὴ πεποιόντεισσι BCH 21. 554 7;
δεδώωσα, δεδώωση REG 12. 72 30. 27.

Accedit ἀπειλϑείοντες, quae forma in duobus lapidibus Thespiarum (1748 3. 1749 2) comparet. Non adhaeret eius participii stirpi κ illud, quod contra habes in forma indicativi διεσσείλϑεικε et ipsa Thespiensi. Idem participium in titulo 1756, ubi Dittenberger ob lacunae magnitudinem ἀπειλ[ειλυ]-ϑέοντες maluerat, Bechtelius refecit (Bezz. Beitr. 26. 151) illud tantum falso arbitratus praesentis esse participium, quod refellitur hoc inscriptionis 1757 exordio: *Τιμέον ἄρχοντος ἀπεληλυϑότες ἐκ τῶν ἐφήβων εἰς τάγμα.*

Duas res exemplis modo collectis cognoscimus hasce:

1. apud Boeotos participium perfecti activi eadem terminatione fuisse ac praesentis;

2. apud Boeotos participio perfecti activi κ illud perfecti plerumque proprium defuisse.

Ac in terminatione quidem cum Boeotis Lesbii et Thessali consentiunt: τῶ κατεληλύϑοντος Mytilenae (Ins. II nr. 69) habes, ἐποικοδομεικόντουν, ἐνοικοδομεικόντεσσι Phalannae (Hoffmann II 15 nr. 7 21. 45). Augmentum κ autem Homeri quoque participiis non nullis deesse: κεκμηώς, τεϑνηώς, τετληώς, κεκαφηώς quis est qui ignoret?

C. DE FICTIONE NOMINUM.

§ 10. De adiectivis patronymicis.

Paterna nomina exprimuntur in dialecto proprie Boeotica non genetivo ad filii nomen apposito, sed adiectivo patronymico in -ιος addito. Legis exemplis abundant tituli; hoc quidem loco tria eaque ex titulo 2429 elegisse sat est:

Ἄρχων Σπερχώνιος,
Ἐροτίων Ἀντιμάχιος,
Θείβιχος Καλλι[χ]άριος.

In eodem titulo ter non adiectivum patronymicum, sed genetivus paterni nominis emergit:

Διωνύσιος Ἡρακλείδαο,
Ὑπατ[ό]δωρος Ἀριστείδαο,
Ὁμολώϊχος Εὐωνυμίδαο.

Inde apparet ea patrum nomina excipi e lege quam statuimus, quae ipsa iam sunt patronymica, quod rectissime observavit Böckhius ad CIG 1574.

Genetivus singillatim se offert iam sub finem saeculi quarti, sed ab anno demum 250 a. Chr. n. solus adhibetur, adeo ut inde dignoscantur titulorum aetates. Bene exposuit Guilelmus Larfeld in praefatione Sylloges XII sqq. Genetivi quos modo dixi deprehenduntur in titulo Orchomenio 3206, quem sub annum 329 incisum esse demonstravit Foucart, et in titulis Acraephiensibus 2723. 2724. 2724*b*, quos annis 312—304 contineri exposuit Holleaux. Sunt eidem fere, quos iam attigit Larfeld in disputatione, quam modo laudavi, ab Henrico van Gelder (Mnemos. 1901. 300) neglecta:

Ἀπολλόδωρος Τελέσταο 3206 11,
Νικίων Γρυλ[ί]ωνος 2723 3,
Μοίριχος Εὔ(κ)ώμω 2724 5,
Ἀμεινοκλεῖς Ἀμεινίαο 2724 7,
Ἡρόδωρος Εὐκώμω 2724*b* 3.

Quorum quinque genetivorum Dittenberger tertium et quintum ita removit, ut *Εὐβωλίω* scriberet. Contra Bechtelius ex utroque *M* et ex altero *K* retinere mavult, certe non iniuria confisus nomen *Εὔκωμος*, quamquam nondum legatur in Fickii suoque libro, a Graecorum indole minime abhorrere. Agnoscendi igitur sunt in titulis saeculi quarti vergentis quinque genetivi. Ista aetate cum soni et declinationes linguae volgaris tota Graecia pervagarentur, syntaxim quoque e legibus linguae volgaris mutari coeptam esse plane credibile est.

Sed quid, quod in titulo 3467, qui saeculi est quinti, invenitur *Εὐχάρι τηὐτρειτιφάντω*? Neque saeculo quarto posterior est titulus 2465, in quo iterum paterni nominis adhibetur genetivus: *Θεοκκὼ Ἑρμαΐω*. Vides cum mulierum nominibus adiectivum patronymicum prius coniungi desitum quam virorum[1]; quamquam veterem morem ne tertio quidem saeculo plane

1) Recentioris aetatis sunt *Δεξ(ὼ) Δέξ(ω)νος* 2797 (ubi vide Dittenbergeri adnotationem) et *Σαυμεῖλα Πούθωνος* 3213. Pro *Σίμα Βάκχιος* 2117 vereor ne scribendum sit *Σίμα. Βάκχιος*.

inauditum fuisse titulo 1832 edocemur, in quo *Λουσὶς Πεδαγενεία* exaratum est. Hic maxime memorabilis est titulus ille Tanagraeus, quem Theodorus Reinach REG 12. 53 sqq. edidit: perbene adnotat editor (89) patres virorum fere omnium adiectivo patronymico, patres mulierum genetivo nominis paterni appellari.

Lege nominis paterni adiectivo patronymico exprimendi adstrictum Lesbiorum quoque Thessalorumque sermonem invenimus, ita autem, ut adiectiva patronymica a patronymicis in -*δας* derivata neque ab Lesbiis neque a Thessalis sint aliena: conferas velim *Ἠροΐδα Ζωΐτάω Ἠροϊδάω* Ins. II 38 nr. 818, *Ἐπικράτεις Ἐπικρατίδαιος* Coll. 345 49.

D. DE VOCABULORUM THESAURO.

§ 11. *Βρῆσα.*

Βρεισάδας, quem habes in saeculi quinti titulo 2556, is est qui Bresae natus est; cf. *Κρισάδας* 2724 *b* 2, *Θειβάδας* 2430 5.

Βρῆσα fuisse nomen promunturii Lesbiaci auctor est Androtion in Et. M. s. v. *Βρισαῖος* (cf. Böckhium ad CIG 2042). In quo promunturio colebatur *Διόνυσος Βρησαγένης* (Ins. II 96 nr. 478) vel *Βρησαῖος* (Hes.) vel *Βρησεύς* (CIG 3160. 3161; Smyrnae). A *Βρησεύς* gentilicium derivatum est *Βρησηΐδης*, cuius femininum est *Βρησηΐς*; quam formam Homero reddendam esse primus statuit Fickius (Bezz. Beitr. 7. 151).

* * *

Tam multis rebus cum invenerimus congruere Boeotos cum Lesbiis Thessalisque, facere non possumus quin unius eiusdemque regionis incolas quondam fuisse eas tres gentes statuamus. Quae coniectura optime confirmatur loco illo Thucydideo, quo certiores fimus invitos dimicasse Methymnaeos Tenedios Aenios cum Boeotis recordatos sibi pugnandum esse ut ipsis Aeolibus contra Aeoles eos, ex quibus suae sedes olim essent deductae.[1])

1) Thuc. VII 57,5: *Μηθυμναῖοι μὲν ...., Τενέδιοι δὲ καὶ Αἴνιοι... Αἰολῆς Αἰολεῦσι τοῖς κτίσασι Βοιωτοῖς τοῖς μετὰ Συρακοσίων κατ' ἀνάγκην ἐμάχοντο.*

Pars secunda.

Quae communia sint dialecto Boeoticae cum lingua Graecorum occidentalium.

Caput primum.

De Boeoticis eis item occidentalibus quae Thessalice quoque inveniuntur.

Boeotorum linguam cohaerere cum Thessalis ut Lesbiorum affinibus supra vidimus. Duo autem insunt elementa dialecto Thessalicae: alterum Aeolicum, alterum occidentalis Graeciae proprium. Quorum de priore orto, cum Lesbii etiam tum incolebant Thessaliam, verba feci in parte prima. Alterum elementum Graecorum est eorum qui Pindum transgressi in Penei fluminis vallem invaserunt. De eis Boeoticis, quae hanc linguae Thessalicae partem attingunt, hoc loco dicendum est.

§ 12. De *ττ* orto e consonis quibusdam inter se vicinis.

1. *ττ* ortum e *δ* + *σ*.

καταδουλίττασϑη 3083 22, 3198 4; *καταδουλίτταστη* 3200 10, 3201 7, 3203 9, BCH 19. 157 Π 5; *κομιττάμενοι* 2406 8, *κομίττη* 3172 151; *ἀπολογίττασϑη* REG 12. 72 23. 26, *-αττη* 3172 140; *δριττ[ά]ντων* 2792 3; *κατασκευάττη* 3169 9, REG 12. 71 13; *ἐψαφίττατο* 3054 8, 3172 113.

In titulo 3172 147 et dialecto et sensui adversatur [*ἀνά*]*γκασαν*. Optimo iure igitur Dittenberger correxit [*ἀνα*]*γκασ*(*ϑεῖσ*)*αν*: non dubium est, quin lapicida, cum prius *σ* incidisset, errore iam alterum exarasse sibi visus sit. — Formam *ἀγόρασσιν* REG

12. 7121 non expedio: ἕρμασσις, ἀποστέγασσις Trozeniorum comparari nequeunt, cum illa nomina optime consentiant cum optativo aoristi δικάσσαιεν Argivorum (Dittenberger Syll.[2] 4288).

2. ττ ortum e τ + j, θ + j.

χαρίϜετταν Fröhner Monum. et mémoires 1896 I; ὁπόττα 240612, ὁπόττον REG 12. 7228. 30; ὁπόττοι in titulo Aegostenitano 2074, 11.

περιττόν[1]) 308318.

διὰ μέττω 242020.

Eodem τ spectat nominis viri Τευμασιγένεις, si modo recte lectum est a Reinachio REG 12. 7473: me oculos deficere fateor. De τευμασι- verba fecit Bechtelius Bezz. Beitr. 26. 148.

3. ττ ortum e κ + j, χ + j.

θάλατταν[2]) persaepe habes velut in titulis 504—510 tertii saeculi sub finem exaratis. Contra θάλασσαν non exstat nisi in titulis post a. 250 incisis (ut 16645), uno lapide 2408 excepto, cuius inscriptio iam a. 364 vel 365 orta dialecti nequaquam est perquam Boeoticae; ergo nihil ad rem pertinet.

Praesens πράττω, cuius participium habes in πραττώσας 3172146, analogia natum est. Sed verum praesens lege illa magna Gortynia innotuit, cuius tabula prima ostendit πράδδεθθαι. Juxta aoristos καρῦξαι, ὀρύξαι simm. cum praesentia καρύττω, ὀρύττω exstarent, ex aoristo πρᾶξαι praesens πράττω ductum est.

4. ττ originis incertae:

Κίττος 17529. Nomen comparativum est, etiamsi quae ratio inter hominem et hederam intercedat non perspicimus.

Φέτταλος 664. 24308.

Idem τ productum apud Cretes deprehendimus: in magna Gortyniorum lege δάττωνται, ἀποδάτταθθαι, ὁπόττοι, ἰάτται reperiuntur. Sed quod nostra maxime interest, eundem sonum in eisdem sedibus Thessali quondam ediderunt, id quod inde potissimum luce clarius apparet, quod vernacula lingua dicti sunt Πετθαλοί. Πετθαλός Thessalorum ac Φετταλός Boeotorum

---

1) Explicuit Boppius comparatis derivationibus vocum Indicarum *apatya*-, *nitya*-. Eadem ratione ἔπισσαι et μέτασσαι Homeri formatas esse perspexit Ebel (in Kuhnii diar. 1. 302).

2) Conferas velim δαλάγχαν· θάλασσαν Hesychii.

(unde *Φέτταλος* nomen proprium) una eademque vox est. Vestigia eiusdem *τ* producti in eis Graeciae regionibus, quas Thessali incolebant ante, quam Pindum superarent, Gu. Schulze collegit GGA 1897. 901.

§ 13. De *νϑ* in terminatione verbali pro *ντ* adhibito.

Pro Atticorum *τ* Boeotice *ϑ* habes in verborum terminationibus *νϑι*, *νϑω*, *νϑη* vel *αϑη*, *νϑο*:

1. *νϑι*:

ἀναλώσωνϑι BCH 21. 554 10, *ἀποδεδόανϑι* 3171 35, *διατελίωνϑι* 2406 9, *δώωνϑι* 2228 5 (*ζώωνϑι* 3303 4, 3315 6, *ζῶνϑι* 3352 6), *ἐκποιίωνϑι* REG 12. 72 24, *ἴωνϑι*[1]) BCH 21. 554 9, *οἴσονϑι* 1739 15.

In titulo Aegostenitano 207 Boeotice composito inveniuntur *παρίωνϑι*, *ἐκτεϑήκανϑι*, *καλέονϑι*.

ϑ illud quamdiu in usu fuerit, inde perspicitur quod inter ea quae modo tuli exempla, alterius saeculi sunt 3303. 3315. 3352.

Servatum est *τ*, si qua praecedit aspirata consona ita, ut anterioris syllabae initium sit. Quamobrem apud Boeotos semper exstat *ἀντίϑεντι*, e. g. 3201 3.

Sequitur, ut *τ* coniunctivi *ἐπιτελέσσωντι* (2410 8) et aliarum formarum a Boeotico more abiudicandum sit. Ac mihi quidem ex Aetolorum scribendi usu videtur irrepsisse.

2. *νϑω*:

δαμιώνϑω 3198 6, *ἔνϑω* 3172 88, *καρουξάνϑω* BCH 16. 458 III 5, *οὐπερδικιόνϑω κὴ προϊστάνϑω* 3080 5, 3081 5, *σουλώνϑω* 3199 13, *στασάνϑω* REG 12. 711 6.

In titulo Aegostenitano 207 *ἀνγραψάνϑω*.

3. *νϑη* vel *αϑη*:

ἀδικίωνϑη 3392 7, *ἐστροτεύαϑη* 3174 27, 3175 6, *μεμισϑώαϑη* BCH 21. 554 6.

In titulo Aegostenitano 207 *παργινύωνϑη*.

---

1) Recte distinxit Meister (Sitzungsber. der S. Gesellsch. d. Wiss. 1899, 142).

4. νθο:

ἐποείσανθο 3172 106, συνεβάλονθο 2418 20, 3191 2.

ἀπεγράψανθο saepissime exstat velut in titulis 2809—2832, qui omnes post annum 250. ac plerumque saec. a. Chr. n. altero incisi sunt. Neque tamen nisi ter τ istud volgare reperitur. ὑπεγράψανθο BCH 21. 554 14 scriptum est, sed in versu sequenti ἐμισθώσαντο habes; titulus anno 250 recentior est.

In origine investiganda viri docti multa periclitati sunt. Ac mihi quidem maxime arridet coniectura ea quam Guilelmum Schulze secum communicasse mihi narravit Bechtelius: aspiratam consonam in verbi substantivi tertiis personis pluralis ortam inde in cetera verba translatam esse. Origo illa in verbo substantivo facilis erit intellectu, si Graece sonum *h* memineris sedem mutare. Quo fieri poterat ut *hεντὶ*, *hέντω* cederent formis ἐνθὶ[1]) ἔνθω, quarum ϑ soni τ cum *h* coniuncti signum est.

Una gens Graeca in eadem verborum sede atque Boeoti aspiratas offert: Thessalos dico. In titulo illo Larisaeo ἐγένονθο et ἐφανγρένθειν traduntur (Coll. 345 12. 41); in eiusdem civitatis alio coniunctivus[2]) κατοικείουνθι scriptus est (BCH 13. 378 nr. I 3). Quae res ad affinitatem Boeotorum recte diiudicandam maximi momenti est.

§ 14. De δδ pro Atticorum ζ scripto.

Attici ζ locum obtinet δδ Boeotorum, quod vocum initiis in simplex δ mutatur.

1. Intra vocem δδ exstat in

γραμματίδδοντος, quod persaepe exstat, e. gr. 2420 6. 15. 33, δοκιμάδδει 1739 7, 3172 68, κατ[α]δουλίδδειτη, καταδουλιδδομένως BCH 19. 157 II 5. 8, ἱαρειάδδοντος saepe, e. gr. 3200 2, λάδδουσθη 3054 6, σχολάδδων 2849 6, τρεπέδδας et τρεπεδδίτας 3172 139, 2420 34, ἐπεψάφιδδε saepe, e. gr. 3172 109. 142.

Post a. 250 non desunt exempla scripturae γραμματίδοντος 2819 3, 2820 5, 4137 2 al. Eodem spectat νομιδέμεν BCH

---

1) ἐντὶ in codicibus Aristophanis Ach. (v. 902) errori debetur.

2) Primus recte interpretatus est Gu. Schulze GGA 1897. 881.

19. 157 II 9. Sed multo plura eodem tempore exempla sunt scripturae *δδ* (ut 2815, al.).

In compositionum compagibus *δδ* habes:

Πολύ-δδαλος 1888 *a* 9 (anni 424), *περί-δδυγα* REG 12. 76 54 (verg. saec. III).

2. In initio vocis *δ* exstat in

δαμιώνθω, δαμιωέμεν, δαμιώοντες 3198, BCH 19. 157 II 7, I 4, 3198—3204; *Δεύξιππος* 2434 14, 3175 17 cum hypocoristicis *Δεῦξις* 2798 et *Δευξίας* 2231 (cf. Add.), 2717 16, BCH 21. 555 28. 29, *δώει* 1778 1 al., *δώωνθι* 2228 5, *Δώπουρος* 947, *Δωπύραν* 2228 3 (saec. III verg. aut ineunt. II), *Δωΐλος* quinquiens, e. gr. in 945.

Volgare est *ζ*, habes saeculo II: *ζώει* 3377 10 al., *ζώωνθι* 3303 4, 3315 6, *ζῶνθι* 3352 6, *Ζωπουρίνα* 3352 4.

Sonus *δδ*, qui et mediae dentalis cum *i* consonanti coniunctae et spirantis palatis *j* progenies est, praeter Boeotos Eleis et Cretibus proprius fuit. Sed ad affinitates Boeotorum recte definienda maioris momenti est illud, quod Thessali quoque stant a Boetorum partibus: testis est *ἐξανακάδΕν* inscriptionis illius de honoribus Sotaero tribuendis.

§ 15. *γίννται.*

Praesens *γίννμαι* in titulis Boeoticis bis legitur:

γίννтη 1737 5,

τὸ γινιούμενον 3303 6.

Accedit *τὼς παργινυμένως* tituli Aegostenitani 207 (v. 7).

Congruunt cum Boeotis Larisaei: *τὰν ὀνάλαν κίσκε γινύειτει ἐν τάνε*, et *τὰν ὀνάλαν τὰν ἐν τάνε γινυμέναν* legitur in titulo celeberrimo, quem Lollingii sagacitati debemus (Coll. 345 22. 45).

Exortum esse censeo praesens *γίννμαι* e *γίγνομαι* Prellwitzii sententiam amplexus, qui in dissertatione De dialecto thessalica ita scripsit: „*Γίγνομαι* forma ab Atticis servata satis antiquo tempore **γίγνυμαι* factum in analogiam verborum *ζεύγνυμι, μίγνυμι, ἄγνυμι* cett. transiit“ (pag. 13).

* * *

Thucydides memoriae prodidit Boeotos antiquitus Arnae habitasse, deinde sexagesimo post Troiam dirutam anno a Thessalis expulsos sedes in Boeotiam transtulisse[1]). Atque e dialectorum affinitatibus modo expositis concludendum est hunc auctorem gestas res narrasse, non fabulas; etenim qua ratione alia explicari possint affinitates illae, nisi ita ut gentes quae eis coniunguntur inter se cohaesisse pro certo sumas, equidem non video.

Caput alterum.

Quae affinitates intercedant inter dialectum Boeoticam et Graecorum occidentalium dialectos eorum, qui mediam Graeciam obtinent.

§ 16. De participiis praesentis in *-είμενος*.

In titulo Coronensi 2858 haec legis:

Ἐπιδεὶ Τίμων..... χρείσιμός ἐστι τοῖς δειμένοις.

Formam *δείμενος* rectissime Dittenberger ita illustravit, ut e *δεϜέμενος* repeteret. Addidit participium *ἀδικείμενος*, quo Aristophanis homo ille Boeotus utitur, eodem modo ex *ἀδικεέμενος* fluxisse putandum esse, nam Aeolensium moris verba contracta ad normam verborum in *μι* declinandi ne levissimum quidem vestigium in titulis Boeoticis comparere.

Participia in *-είμενος* nusquam Graeciae reperiuntur nisi apud Locros et Delphos; de Eleis res incerta. In lege de colonia Naupactum mittenda *ἐνκαλειμένωι* scriptum est (IGS III nr. 334 41); titulis Delphicis *ἀφαιρείμενος, καλειμένας, ποιείμενος* simm. praebentur (cf. Wendelii indicem 191).

De origine participii in *-είμενος* difficile est iudicatu. Nescio an suspicari liceat *ἀδικεέμενος* ex *ἀδικεόμενος* ea lege ortum esse, quam Ioannes Schmidt KZ 32. 321 sqq. olim valuisse demonstrare conatus est. Quae lex si recte statuta est, possis conicere in eiusmodi participiis vocalem eam, quae

---

1) Thuc. I 12, 3: *Βοιωτοί τε γὰρ οἱ νῦν ἑξηκοστῷι ἔτει μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν ἐξ Ἄρνης ἀναστάντες ὑπὸ Θεσσαλῶν τὴν νῦν μὲν Βοιωτίαν, πρότερον δὲ Καδμηΐδα γῆν καλουμένην ᾤκισαν.*

suffixo antecedit, *o* fuisse tum, cum accentu fuit insignis, mutasse qualitatem, cum accentu caruit; fuisse igitur aetatem, cum Graeci *ἀδικεόμενος*: *ἀδικεεμένωι* declinarent; eamque declinationem a mediae Graeciae incolis ita esse mutatam, ut *ε* in omnes casus induceretur.

§ 17. De verborum in -*δδω* temporibus sigmaticis.

Eorum praesentium quae Attice in -*ζω* cadunt, aoristus sigmaticus efficitur a Boeotis dupliciter: habes formas in -*ττα*, ex altera parte in -*ξα*. Ac de illis quidem iam antehac verba feci, cum eas exponerem ab eis Graeciae occidentalis incolis repetendas esse, qui *Φετταλοί*, *Φαυττός*, *Βουττός* pronuntiarent (in § 12). Restat igitur, ut de aoristis in -*ξα* disseram. Exempla sunt haec:

ἱαρειάξασα 2876 3, *ἱερειάξασα* 1816 2; *ἐκομιξάμεθα* 1737 21; *ἐμέριξε* 4137 5; *ἐπεσκεύαξε* 2876 8. Accedit aoristus *ἐσόϊξα*, cuius testis est *Σοίξιππος* 2440 2.

Constat *ξ* illud, quo aoristi *ἱαρειάξαι*, *κομίξαι*, *μερίξαι*, *σκευάξαι*, *σοΐξαι* instructi sunt, antiquitus proprium fuisse non nisi stirpium gutturalium. Neque vero minus constat ab Aetolis, Locris, Phocensibus hoc *ξ* in verborum declinationem inductum esse eorum, quorum litterae *ξ* consona subest non gutturalis. Qua in re sat est commemorasse formam *hιλαξάστω* tituli Delphici perantiqui, quem nuper Francogalli ediderunt (BCH 23. 611), ex quo dialectos Delphorum Locrorumque occidentalium artissimis vinculis coniunctas fuisse apparet. Analogiae eius quam descripsi participes esse Boeotos formis *ἐκομιξάμεθα*, *μερίξαι* certissime demonstratur, quoniam praesentium *κομίζω*, *μερίζω* sono *ζ* inesse dentalem edocemur nominibus *κομιδή*, *μερίς*. Quae cum ita sint, Boeotorum aoristos in -*ξα* ex eodem fonte ducere licet, e quo ceteri mediae Graeciae incolae maximaque pars Dorum hauserunt.

§ 18. De nomine *Βοιωτός*.

Derivationis ratione ea, qua insigne est Boeotorum nomen, ad gentis originem certe definiendam quam maxime adiuvamur. Fickius enim ad Coll. nr. 334 haec adnotavit: „Die Ethnica auf

-τός sind bei den Nordgriechen beliebt: *Βοιωτός*, *Ἀποδωτός*...., am häufigsten in Epirus....: *Δοεσστός*, *Καρτατός*, *Κλαθιατός*, *Ὁριατός*, *Ὑγχεστός*, *Φοινατός*"; de quibus ethnicis iterum verba fecit Bezz. Beitr. 26. 247. Unde profectus Otto Hoffmann rectissime exposuit Boeotos gentis Transpindanae quam vocat partem fuisse nomenque *Βοιωτοί* eam ob rem accepisse, quod priscis temporibus sub radicibus Boei montis sedes habuissent. (De mixtis Graecae linguae dial. 34).

§ 19. De nominibus in -κλέας.

A nominibus in -κλέϝης hypocoristica in -κλος proficiscuntur, a quibus nomina terminatione -έας insignia derivata sunt. Quorum exempla quattuor in titulis Boeoticis reperiuntur:

Διοκλέας (Tanagrae) 1630 (titulus aetatis recentissimae); *Μνασικλίας* (Tanagrae) 1219; *Ξενοκλίας* (Acraephiae) 2715 1, 4132 5; *Σαυκλίας* (Thespiis) 3193 8.

Nominibus in -κλέας maxime Thessalos favisse intellegis ex eis, quae Fickius et Bechtelius GP² 169 collegerunt. Sed ne ab Aetolorum, Locrorum, Phocensium quidem sermone erant aliena. In titulis Delphicis a Baunackio editis occurrunt Aetoli *Διοκλέας* 2564 4, *Οἰνοκλέας* 2525 4; Amphisensis *Ἀριστοκλέας* 2223 6; Lilaeenses *Καλλικλέας* 2048 15, *Νικοκλέας* 2172 15; accedit *Δαμοκλέας* Tithorensis IGS III nr. 189 3. Nomen *Πηλεκλέας*, quod invenimus Erinaeo cuidam homini inditum Coll. 1719 3, aut e Boeotia originem ducere aut ex Thessalia vix est quod moneam.

Ut eae Graeciae regiones, de quibus agitur, nominibus in -κλέας abundant, ita non abundant ceterae. Conferas velim amplissimum catalogum epheborum Eretriensium, quem postremus Stauropulus *Ἐφ. ἀρχ.* 1895. 131 sqq. edidit: inter tot nomina in -κλέης, -κλῆς ne unum quidem reperies quod terminatione -κλέας exornatum sit[1]). Quod casu fieri non potuisse pro certo habeo.

1) Nam genetivos in -κλέω non ad nominativos in -κλέας, sed in κλέης referendos esse inde apparet, quod *Ὀνήριμος Μεγακλέω* (151) pater est eius qui sequitur *Μεγακλῆς Ὀνηρίμου*. Cf. quae Kretschmer exposuit KZ 33. 569 sq.

§ 20. De praepositione ἐν-ς a Boeotorum sermone aliena.

Constat Atticorum, Lesbiorum, Dorum εἰς, Ionum, Dorum ἐς ex ἐνς emanasse, quam formam Argivi et Gortynii retinuerunt [1]). Boeoti σ non affigunt; vocabulum ἐν significationi est eis non modo in eodem loco manendi, verum etiam alio transeundi vel locum mutandi. Quod hinc videmus:

1. Praepositionem ἐν cum accusativo coniunctam habes in: ἐν τὰν Ἀσίαν 3206, ἐν τὼς ὁπλίτας [κὴ] ἐν τὼς ἱππότας 1747 3, τοὶ ἀπεγράψανθο ἐμ πελτοφόρας amplius tricies ut 2715 4, ἐν στάλαν 3172 131.

2. Praefixum ἐν vi praefixi εἰς praeditum comparet in ἐνφερέμεν BCH 19. 157 II 8, ἔμπρακτος 3171 54, ἔππασις persaepe in titt. honorariis, ἐππάματα 3172 quater; ἔππασις, ἐππάματα ex ἔμπασις, ἐμπάματα orta esse videbimus.

3. Idem quod Atticis est ἔστε, Boeotis est ἔττε (quod cum ἔντε Locrorum, hέντε Phocensium cohaerere re ipsa patet): ἔττε κα⟨ν⟩ δώει 3054 7, ἔττε τῶν ὅρων τὸν μέσον 3170 13.

Congruunt cum Boeotis Aetoli, Locri, Phocenses, Elei, nec non Thessali [2]). Similiter Arcades Cypriique ἰν cum utroque casu coniungunt. Cum eidem consuetudini Itali, Germani, alii adstricti sint, dubitari non potest, quin Boeoti quique cum eis consentiunt veterem morem retinuerint, cum Attici, Iones, Lesbii, Dores formas ἐνς, ἰνς novarent. Sequitur, ut ei qui origines Boeotorum investigare sibi proposuerit, ex hac quidem similitudine Boeotos cum ceteris gentibus affinitate coniunctos fuisse concludere non liceat.

* * *

---

1) ἐνς Ἀθαναίαν CIG Pelop. I nr. 554 7, ἐνς ἀγοράν Amer. Journ. of Archaeol. sec. Ser. I 212.

2) In earundem gentium numero Megarenses duxit Brugmann (Griech. Gramm.³ 438). Iniuria, si quid video. Occurrit enim ἐν non nisi in titulo Pagaeo valde dilacerato 189 (ἐν τὰν αὐτὰν στάλαν v. 26) et in titulis Aegostenitanis 210. 211 (ἐν πελτοφόρας ἀπεγράψατο); in ceteris titulis et ipsorum Megarensium et colonorum εἰς adhibetur. Cum in catalogo 214 et ipso Aegostenitano ἐν πελτοφόρας ἀπεγράψανθο scriptum sit, non debet dubitari, quin ἐν una cum formula ἐν πελτοφόρας ἀπογράφεσθαι de Boeotis deprompta sit. Si quis igitur Megarenses a

Eo tempore, quo Aetoli fines imperii propagarunt, nonnulla sermonis Aetolorum propria sermoni incolarum Boeotiae urbium quarundam sunt admixta. De quibus hoc loco verba faciam.

1. In titulis Orchomeniis sub finem saeculi a. Chr. n. tertii incisis *στ* pro *σϑ* scriptum invenies:

3172 140 *ἀπολογίτταστη*, 3198. 3199. 3200. 3201. 3203. 3204 *καταδουλίτταστη μειδὲ ἐφάπτεστη*, BCH 19. 157 II 5 *καταδουλίτταστη*.

2. In titulis eiusdem aetatis ab Orchomeniis, Tanagraeis, Chaeronensibus, Chorsiensibus conceptis dativus qui vocatur Aetolicus deprehenditur:

ἤγυς 3171 39 (Orch.),
ἰαόντυς .... ἤ μεταφερόντυς REG 12. 715. 6 (Tan.),
τῦς γονέϋς 3348 5 (Chaer.),
τῦς χρεῖαν ἐχόντ[υς][1]) 2383 15 (Chors.).

3. In titulis Orchomeni post a. 250 a Chr. n. incisis praesentis *δαμιώω* vestigia deprehenduntur:

δαμιωέμεν (id est *ζημιοῦν*) BCH 19. 157 II 7,
δαμιώοντες 3198—3204, BCH ib. I 4.

A Boeotorum vetere sermone aspiratam in tenuem mutatam et dativos tertiae declinationis terminatione *οις* ornatos abhorrere, ea in re viri docti consentiunt. Sed de origine praesentis in *ώω* discrepant sententiae: Otto Hoffmann *δαμιώω* a dialecto Aeolica repetendum esse censet (De mixtis Gr. linguae dial. 14), Guilelmus Schulze, si eius verba recte intellego, Boeotos illius declinationis compotes fuisse iudicat una cum Aetolis et Phocensibus temporibus iam priscis (GGA 1897. 895). Quibus calculum quominus adiciamus eo impedimur, quod eiusmodi formae non inveniuntur nisi sub finem saeculi tertii neque usquam Boeotiae nisi in urbe eadem, cuius incolas eadem aetate e lingua Aetolorum recepisse alia certum est.

Ac Boeoti quidem, quod narravit Polybius, cum Abaeocrito duce in pugna Chaeronensi ab Aetolis devicti essent,

---

ceterorum Dorum consuetudine facit discrepantes, is uno illo titulo Pagaeo nititur, cuius sermo qua sit condicione quicquam pro certo dici nequit.

1) suppl. Foucart.

ἐγκαταλιπόντες τοὺς Ἀχαιοὺς προσένειμαν Αἰτωλοῖς τὸ ἔθνος (Pol. XX 5). Quam pugnam cum a. 245 fuisse sciamus, vestigia sermonis Aetolici quae in titulis Orchomeniorum, Tanagraeorum, Chaeronensium, Chorsiensium saeculo tertio vergente conceptis comparent, ab eo ipso anno in Boeotorum sermonem irrepsisse concludemus.

Caput tertium.

De Boeoticis item occidentalium Graecorum propriis omnium.

A. DE SONIS.

§ 21. De productione suppletoria.

Constat nasales et liquidas cum *j* aut *s* coniunctas lingua Graeca non tolerari sed in *νν, μμ, ϱϱ, λλ* verti. Eas consonas productas post vocalem correptam Lesbii Thessalique retinent, ceteri Graeci non servarunt: plerumque correpta vocalis duplici liquida vel nasali excepta productae vocali cessit, quam consona excipit simplex. Hac eadem ratione Boeotos usos esse demonstraturus sum, ita quidem ut *s* finale et *s* ex *ts*, *tj* ortum primo omittam.

a) *s* + *n*:

Φάεινος 1745 2, 3287 2. — Consentit *Φάηνος* in nummis Argivorum (Coll. 3312), dissentit *φάεννος* Aeolensium Anecd. Ox. II 273, 31.

Διώνυσος subest in *Διωνυσόδωϱος*, *Διωνύσιος*, *Διωνύσιχος* nominibus creberrimis. Conferas velim *Ζόννυσος* Lesbiorum (Ins. II nr. 69*a* 5, *b* 3), *Διοννύσοι* Thessalorum (Coll. 1329 II*a* 11).[1]

b) *s* + *m*:

Verbi substantivi formae *εἱμὶ, εἷμεν* persaepe exstant cf. 593. 595. 605 (*EMI*), 3969 (*EIMI*, litt. dom.), 3198 3

---

1) *Διόννυσος* Eleuthernaeorum (Mitth. 10. 92) aetati inferiori tribuendum est quam *Διώνυσος* Boeotorum et Arcadum (*Διωνύσιος* Coll. 1246 *A* 4), eidem fere cui *ἀμφιλλέγειν* Delphorum, Megarensium, Cretum (Coll. 2561 *A* 42, 3025 3, BCH 3. 292 10). Quod in Iliade traditur *Διώνυσος* (*Z* 135), id cum legibus neque Aeolici neque Ionici sermonis conciliari potest.

(*εἶμεν*). — In lege de colonia Naupactum mittenda *εἶμεν*, *ἐξεῖμεν* exstant; Lesbiorum *ἔμμι*, *ἔμμεναι*, Thessalorum *ἐμμὶ*, *ἔμμεν* quis est qui ignoret?

ἀμέω[ν] 2383 9. — Heracleotae Lucaniae *hαμές* scribunt (Coll. 4629 I 50), Larisaei *ἀμμέ*, *ἀμμέουν* (Coll. 345 13. 12).

c) *s* + *l*:

χείλιοι 2419 4. 7. 8, 2418 15, 3171 39, 3172 septies. E *χείλιοι* profecta est forma *χίλιοι*, quam semel habes in 3172 118 (tit. verg. saec. III), 1737 19, 4137 4. — Lacedaemonios *χήλιοι* pronuntiasse constat e titulo Coll. 4413; apud Lesbios *χέλλιοι* viguisse ex forma *χέλληστυς* (Ins. II nr. 498 13) elucet.

d) *n* + *s*:

παρμείναντα 3083 10; *παραμίναντας* 3322 7, *παραμῖναν* 3325 3.

e) *l* + *s*:

ἀνάνγειλε 4136 2, *ἀπεστείλαμεν* 1737 16.

Cf. *παραμεινάτω* et *παραμῆναι* in titulo Stratiorum IGS III nr. 447, *συνμεννάντουν* et *ἀπυστέλλαντος* in titulo Larisaeorum Coll. 345.

f) *r* + *j*:

Ἀρτάμιδι Σωτείρῃ 2232. *Παμπείριχος* 4261; eiusdem viri nomen *Παμπίριχος* scribitur 4260 1 (paulo post 250 a. Chr. n.). Eadem scripitura occurrit in *Παμπίραο* 3068 11 et *ἀγιρέμεν* 4136 4. — Recordare quaeso nomen *Ἀπειρώτας*, cui subest *ἄπειρος* appellativum, quod primus Lottner (KZ 7. 180) cum nostro *ufer* cognatum esse intellexit; Aeolenses *ἄπερρος* dixisse grammatici testantur.

g) Originis incertae:[1])

βείλετη (e. g. BCH 21. 554 2. 7), *βωλά* e. g. 529 1 et in nominibus *Αὐτόβωλος*, *Νικοβώλα* simm. — Heracleotarum *δήλωνται*,

1) Brugmannus earum quas enumerabo vocum *λλ* Aeolicum e *λν* emanasse professus (Griech. Gramm.[3] 73) mihi non persuasit. Nam ubicumque consonae duplices duci possunt a liquidis coniunctis cum nasalibus certo veriloquio, *λ* duplex post vocalem brevem in omnibus Graeciae civitatibus persistit integrum. Demonstratur exemplis prolatis ab

Argivorum *βωλά* (Coll. 4629 I 146, 3277 15) fuit; Larisaei *βέλλειτει* (Coll. 345 20), Lesbii *βόλλα* (Ins. II nr. 4 3) pronuntiaverunt.

ὀφείλι 1738 4. — Congruit *ὀφείλῃι* in lege Labyadarum (Coll. 2561 C 17); Lesbiis placuit *ὀφέλλην* (Ins. II nr. 67 7).

Ex eis quae attuli exemplis intellegitur a Boeotis duplices consonas eadem ratione in simplices mutatas esse qua ab Aetolis, Locris, Phocensibus, Doribus. Atque *e* productum ut vocalis erat inter *ē* et *ī* in medio posita, quae medio fere saec. tert. ad pronuntiationem *ī* pervenit, ita *o* productum a vetere *o* longo aberat minime. Namque *o* productum inde a litteratura Ionica recepta semper scribitur littera *Ω*, cum *e* productum iam domesticae litteraturae aetate non raro litteris *EI* coniunctis exprimatur.

Restat ut de eo *s* cum *n* coniuncto agamus quod adhuc omittebam.

Ac primum quidem *ns* in finibus vocabulorum versatum consonam *s* continet aut veterem aut ortam ex *ts*. Quibus in formis Argivi Cretesque *νς* retinent. Habes e. gr.

τὼς Ϝιδίως δούλως 3317 3: *τὸνς ἐγραμμένονς* leg. Gort. XII 30;
τὰς Ϝιδίας δούλας 3305 2: *τὰνς ἀπλόονς τιμάνς* ib. I 47;
τρῖς et *τὰς ἐμπράξις* 3172: *τρίινς* ib. V 54;
καταβάς 4136 1: *ἢ καταθὲνς ἢ ἐπισπένσανς* ib. VI 19.

Deinde *ns* in media voce exstat atque ita quidem, ut *s* e duplici *s* ortum sit, cui subest *ts* aut *tj* [1]). Exempla sunt dativi plur. stirpium exitu *nt* insignium earundemque stirpium feminina. Hic Argivi Cretesque nec non Thessali atque Arcades *νσ* servarunt. Habes e. gr.

πᾶσι in *Πασάρετος* 3179 19: *νικάσανσι* leg. Gort. XI 39;
πᾶσαν 4136, *παρμείνασαν* 2228 3: *πάνσα* Pharsali (Coll. 326 2);

---

ipso Brugmanno: *ὄλλυμι* — *ὀλέσαι*, *ἐλλός* — *ἔλαφος*, palaeosl. *jelenĭ* (G. Meyer, Bezz. Beitr. 5. 184), *Παλλάς* — palaeotheod. *folo* (Fick, Bezz. Beitr. 22. 125). Formae *gelnomai*, *Ϝοφέλνω*, *Ϝέλνω*, *Ϝολναμός*, *Ϝόλνος*, quarum progeniem *βείλομαι*, *ὀφείλω*, *εἴλομαι*, *οὐλαμός*, *οὖλος* esse comperimus, aut prorsus ficticiae sunt aut falsae: neglexit Brugmann glossam *γόλαμος· διωγμός* (Hes.) a. Gu. Schulze (QE 18) in censum vocatam.

1) Cf. *ἀνταποδιδῶσσα* in titulo Damocratis (Coll. 1172 17).

σταθεῖσα 3170 1: *κνένσαν* Lycosurae (Dittenberger Syll.[2] nr. 939 12);

ἐώσας 2223 7, *τᾶν Μωσάων* 2410 3: *καταλιπόνσα* leg. Gort. VI 32.

Quibus in exemplis vocales productas deprehendimus easdem, de quibus ante verba feci. Quamquam scripturam recentiorem *ι* pro *ει* mihi occurrisse non memini; sed casui tribuendum esse censeo.

Numquam vocalis producta in correptae locum succedit, si duarum, quae brevem excipiunt consonarum, altera fuit digamma. Dixerunt igitur Boeoti *ξένος*, *ἐνα-* et *ἔνατος*, *κόρα*, *ὅρος*; apparet eos item corripuisse *α* vocis *καλός*[1]).

Litteraturae Ionicae tituli omnes *ξενο-* habent, e. gr. *Ἐπιξένω* 2782 21. Sequitur ut domesticae quoque litteraturae *ΨΣΕΝΟ-* legendum sit *ξένο-*.

ἐνακηδεκάτη reperitur 3172 96, *ἔνατον* BCH 21. 555 27.

Litteraturae Ionicae tituli ad unum omnes *κόρα*, *κόρος* praebent: *κόρα* 710—712, *κόριλλα* 713—721, *Κορίνα* 1161, *κοριδίω* 2421 6, *Διοσκόροις* 554, *Διοσκορίδας* 929. Sequitur ut domesticae quoque litteraturae ϘORA, ϘOROΣ legenda sint *ϙόρα* et *ϙόρος*[2])

ὅρος 1785 1, persaepe in tit. 3170.

Eodem modo apud Locros eorumque affines *ϝ* plane evanuit. In lege de colonis Naupactum mittendis *ξένον* comparet (IGS III nr. 334 2), in lege Labyadarum *hενάταν* (Coll. 2561 D 7), in plebiscito Aetolorum *δρίξη* (Coll. 1413 18). Dores inter se discrepant.

§ 22. De Dorica quae vocatur contractione.

Graeci occidentales contractionis ea lege utuntur, cuius prior pars ab Atticorum Ionum, Arcadum Cypriorum, Lesbiorum Thessalorum consuetudine plane diversa est:

1) *ξένϝος*, *κόρϝα*, *ὅρϝος*, *καλϝός* littera *ϝ* scripta in titulis deprehenduntur; *ἐνϝα-* et *ἔνϝατος* et veriloquio et ea lege postulantur, quam Wackernagel KZ 25. 260 sqq. constituit.

2) Non recte igitur Dittenberger scripsit *ϙώρω* 3992.

a) Vocalis prior si correpta fuit, alterius vocalis tamquam colore est syllaba contracta;

b) Vocalis prior si producta fuit, eam ipsam sequitur syllabae contractae color.

Boeoti ut multo rarius quam ceteri Graeci contractione usi sunt (id quod in parte quinta exponetur), ita nihilo minus eandem legem non ignorabant. Quod hisce exemplis perspicitur.

Ad priorem regulae partem spectat *πρᾶτος* ordinale, quod recte viri docti ex *πρό-ατος* profectum esse censent.[1]) In titulis inveniuntur *πράτω* 3171 27, *πρᾶτον* 3175 6, *Πράταρχος, Πρατίνας* cett.

Eadem forma Graeci utuntur occidentales, e. gr. Lacedaemonii: *Πρατόλα* Coll. 4440 4.

Ad alteram legis partem pertinent genetivi in -*ᾱ*, deinde *ἇς*, *Λᾱ*-, *τᾶν*.

In genetivis stirpium exitus *ᾱ* non coalescunt vocales nisi aetate recentiore. Quod infra accuratius exponam; hoc loco sat est adnotasse genetivos *Εὐρέα, Σωκλείδα* 2420. 2787, ex quibus apparet tertio saeculo contractionis legem valuisse eandem atque antea.

Vox *ἇϝος* Boeotice *ἇς* evadit. Saepe comparet in titt. Chaeronensibus de servis manumittendis 3303 cett., qui omnes saeculi sunt alterius. In paucis eiusdem aetatis laterculis (3315 5, 3386 12) *ἅως* quod emergit, inter *ἇς* Boeoticum et volgaris dialecti *ἕως* intercedere manifestum est.

Λᾱ- habes in *Λαδάμας* 2296, *Λακράτεις* BCH 21. 552 4, *Λακράτειος* 3175 15, *Λακρατίδας* 2717 7, *Λάκρων* BCH 23. 198 VI 9, *Λάνομος* 1821, *Λαπομπίδαν* BCH 23. 92 11, *Λάφι[λος]* 2710; altera ex parte non contractis vocalibus *Ἀγεισίλαος, Ἀκουσίλαος, Ἀριστόλαος, Ἀρχέλαος, Περίλαος, Πιθόλαος, Πολύλαος* cett. Apparet Boeotos eadem ratione usos esse qua Arcades et Thessalos: coalescere *ᾱο*, si *λαός* collocatum est in nominis compositi parte priore, non coalescere, si in altera (Fick-Bechtel, Griech. Pers.[2] 189). Si quae formae cum ea lege pugnant, facile excusari possunt. Nam primum quidem

1) Cf. *ὕπατος*. E *πρώϝατος* Graeci occidentales pro altera legis parte *πρῶτος*, non *πρᾶτος* facere debuerunt.

Λαόνικος, quem patrem Argiliae habes in tit. 3206 15 anno 329 inciso, nescio an illic dictus sit volgariter, id quod eo minus habet offensionis, quia in eodem titulo volgaria deprehenduntur alia (*στρατ αγίοντος, Τελεσάρχιος*, cf. § 2). Deinde quod *Ἀριστόλας, Ἀρχέλας, Θιοδεξίλας* iuxta *Ἀριστόλαος, Ἀρχέλαος, Δεξίλαος* occurrunt, sumamus licet cum Fickio et Bechtelio translatam esse contractionem in nominum partem alteram e priore, idque initium cepisse a priore parte nominum eorum, quae constituta erant eisdem binis elementis, sed vice versa dispositis.

τᾶν ex *τάων* contractum in titulo Nicaretae ter coniunctum se praebet cum *ὑπεραμεριάων* (3172 58. 98. 116); *τᾶν Μωσάων* tituli est 2410.

Respondent legis Gortyniae formae *καδεστᾶ, ᾶς, τᾶν τιμᾶν*.

§ 23. De assibilatione.

Consentiunt fere viri grammaticarum rerum periti, ubicumque *σ* ex *t* ortum compareat, id numquam effectum esse vocali *i*, tamquam dentalem exceperit, sed semivocali *j* ante vocalem ex *i* profecta. Quae formae contra eam legem pugnent, eas analogiae deberi. Negant ergo *σ* vocis *εἴκοσι* ita ex ea dentali, quae integra est in *Ϝείκατι* Heracleotarum, fluxisse, ut consona *t* vicina vocali *i* affectus sit; immo *σ* e *διακόσιοι, τριακόσιοι* simm. translatum esse. Neque minus negant eam tenuem, quae in *τριακάτιοι* Graecorum occidentalium offertur, antiquiorem esse quam sibilum illum quem Attici Ionesque et Arcades pronuntiant (*τριακόσιοι, τριακάσιοι*); immo illud *τ* ex *ἑκατόν, Ϝείκατι* translatum esse.

Quae res utut se habet, certum est in retinendo aut analogia restituendo sono *t* Boeotos stare a partibus Graecorum occidentalium.

I. *τ* vetus in tribus potissimum sedibus servatur.

1. Tertia sing. act. persona cadit in *-τι*:
   ἀντίθειτι persaepe, e. g. 3329 6; *ἀφίειτι* 1779 2; *δίδωτι* 3467.
2. Tertia plur. act. exit in *-ντι, -νθι*:
   ἀντίθεντι persaepe, e. gr. 3315 3; exempla exitus *νθι* vide § 13.

3. Numerale viginti apud Boeotos fuit:

ϝίκατι, e. g. 3171 39.

Exitus verbi neque minus nominis numeralis eidem sunt atque apud Graecos occidentales. Adeas velim legem Labyadarum (Coll. 2561): reperies *ἀμφιλλέγοντι*, *hίκωντι*, *παρέωντι*, *ϝίκατι*.

Nomina suffixo *ti-* derivata Boeotice in *σις* cadere solent: *ἄνθεσις*, *ἔπασις* persaepe, *ἔμβασις* 1739 10, *ἀπόδοσις* 3172 106, *μίσθωσις* et *πρόρρεισις* BCH 21. 554 1. 2. At unum est vocabulum vetere *t* insigne: nomen dico vici *Εὔτρειτις*, Homeri *Εὔτρησις*, quod nomini *Εὐτρειτίφαντος* tituli 3467 subest. Vocis *λῶτις* velim memineris, quae bis legitur in titulo Delphico 2501 26.

II. *τ* restitutum in adiectivis suffixo *ιο-* derivatis agnoscimus.

1. Numeri aliquoties centuplices vocibus exprimuntur exitus *κάτιοι*:

διακατίης 3171 38, *πεντακάτιη*, *ὀκτακάτιη* 3172 168. 100.

2. Ab *Ἀφροδίτα* descendit *Ἀφροδίτιος*:

Ἀφροδίτιος 1757 23, *Ἀφροδιτία* 3303 3.

Ceterum cave patronymica *Λαμεδόντιος* 1747 5, *Εὐρυφαόντιος* 2431 11, 3206 8 eiusdem legis testes esse affirmaveris. Nam Thessalorum patronymicis *Λεόντειος*, *Ὁπλούνειος*, *Ἀντανόρειος* simm. efficitur exitum *-ειος* provinciae suae fines propagasse; quod idem apud Boeotos factum esse non est cur neges.

Iterum concinunt Boeoti cum Graecis occidentalibus. E titulis Cois mihi sunt praesto: *ἐνιαύτια* Coll. 3636 37, *Ἀρταμιτίου* 3718 2.

Formis, quas modo enumeravi, adversantur *Ἀφροδίσιος*, *Ἀρτεμισία*, *Προβασία*, *ϝαδώσιος*. De quibus nunc est disserendum.

Atque *Ἀφροδίσιος*, *Ἀρτεμισία*, *Προβασία* quidem linguae volgari tribuere non dubito. *Ἀφροδίσιος*, *Ἀφροδισία* saepe leguntur in titulis ad unum omnibus aetatis recentis aut recentissimae. *Ἀρτεμισία* comparet in titulo Thebano (2421 3), quem editores statuunt incisum esse medio fere saeculo tertio; sed ne

id quidem scimus, utrum mulier ea quae *Ταραντῖνα* consecravit, civis fuerit an serva. *Προβασία* is nominatur fluvius qui per fines Orchomeniorum fertur influitque in lacum Copaida. Forma quam posui nominis ter in titulo 3170 scripta est; sed cum idem fluvius a Theophrasto (Hist. plant. IV 11, 8) *Προβατία* appelletur, Ahrensio censeo assentiendum esse, quippe qui a Boeotis ipsis *Προβατία* pronuntiatum esse contenderit (Diall. II 516); qua in re eo confirmor, quod in eundem titulum linguae volgaris *ἐκ* et *μέσον* irrepserunt.

Aliter de nomine *Ϝαδώσιος* iudicandum est, quod exstat in titulo Thespiensi a Colinio edito (BCH 21. 555 18. 19). Idem esse atque *Ἁδούσιος* Atticorum (CIA IV suppl. I fasc. 2 nr. 53 *a* 3) idemque atque *ἁδούσιος* glossae huius Hesychianae *ἁδούσιον· ἀρεστόν, σύμφωνον* suspicatus est Bechtelius (Bezz. Beitr. 26. 151). Quod si recte disputatum est, sequitur ut *Ϝαδώσιος* eadem ratione ex **Ϝαδόντιος* profectum sit qua *γερούσιος, ἑκούσιος, ἐθελούσιος* e **γερόντιος*, **Ϝεκόντιος*, **ἐθελόντιος* [1]), id est ut *t* subsecuta semivocali *j* a Boeotis sibilatum sit non minus quam ab Ionibus Atticis, Arcadibus Cypriis, Lesbiis. Porro efficitur, ut sonus ille sibilus *σ* nominis *Ϝαδώσιος* antiquior sit tenui *t* vocum *διακάτιοι, Ἀφροδίτιος*.

Inde de *Ἀφροδισα* forma recte nos iudicare posse spes est. Legitur in titulo quodam sepulcrali Tanagraeo (854); de eiusdem civitatis titulorum nominibus *Δαματρος, Καφισα* supra (§ 4) verba feci. *Ἀφροδισα, Δαματρος, Καφισα* una ratione explicanda esse ipsa re constat. Et quoniam illud videtur non dubitari posse, quin descendant *Δαματρος, Καφισα* e *Δαμάτριος, Καφισία*, hoc quoque certum est *Ἀφροδισα* respondere formae *χρυσοτέρα* in eo fragmento Sapphus scriptae, ad quod versus finem § 4 provocavi. Quamobrem, si modo mulier *Ἀφροδισα* nata erat ibidem ubi defuncta est, concludi licet adiectivi ab *Ἀφροδίτα* derivati antiquissimam Boeotorum formam fuisse *Ἀφροδίσιος*, postea in *Ἀφροδισσjος*

---

1) Colloquio Bechtelius me monuit participiorum stirpibus exitus *nt* a Germanis occidentalibus, Baltis, Slavis suffixum addi *ia*-: Lituanicos declinare *suką̃s, sùkanczio, sùkancziam*. . . .

abisse. Quod si verum est, trium aetatum formas exstare apud Boeotos statuendum est: antiquissimam *Ἀφροδίσιος* in *Ἀφροδισα* servatam; recentiorem *Ἀφροδίτιος* novo *ι* instructam; recentissimam *Ἀφροδίσιος* e lingua volgari receptam.

B. DE DECLINATIONE.

§ 24. De pronomine reflexivo.

Atticorum pronominis *ἑαυτόν* locum Boeotice *αὐτὸς αὐτόν* obtinet. Coalescebant casus ambo inter se, tum prioris casus opprimebatur vocalis in proclisi ita, ut *αὐσαυτόν* oreretur. Quod recentiore aetate *ἀσαυτόν* scriptum videmus: de qua forma vide sis quid suspicatus sit Wackernagel KZ 33. 8.

1. *αὐτὸς αὐτόν*:

   ὑπὲρ αὐτὸς αὐτῶ 3055 9; *ἔδωκαν κατ' αὐτὺ αὐτῶ[ν]* 3172 121; *τοῖς στροτιώτης αὐτοὶ αὐ[τοῖς?]* 2406 (supplevit Dittenberger).

2. *αὐσαυτόν*:

   [κ]ατ' αὐ[σ]αυ[τ]ῶν 3172 149 pro spatio legere malo quam cum Dittenbergero *αὐ[τὺ] αὐτῶν*. Idem *αὐσαυτῶν* in titulo BCH 19. 157 II 9 comparet.

3. *ἀσαυτόν*:

   ἀσαυτῦ κὴ τῆ γου[νηκ]ί 3303; *παραμείναντες ἀσαυτῦ .... κὴ τῦς γονέϋς αὐτῶ* 3348 4. Titulus uterque Chaeronensis est, saeculi secundi.

Reflexiva *αὐτὸς αὐτόν, αὐσαυτόν* apud omnes Graecos inveniuntur occidentales. Quantum apud Delphos viguerint, e Wendelii indice diligentissime composito facile est cognitu; sermonis Dorici testes mihi sint et Heracleotae, qui *τὼς πολιανόμως τὼς ἐπὶ τῶ Ϝέτεος ποθελομένως μετ' αὐτὸς αὐτῶν ἀπὸ τῶ δάμω* (Coll. 4269 I 114) incidi voluerunt, et Calaureatae, quorum civis quaedam *ἀνέθηκε τῶι Ποσειδᾶνι δραχμὰς τριακοσίας ὑπέρ τε αὐσαυτᾶς καὶ ....* (Coll. 3380 1—3). Reflexivum *αὐτὸς αὐτόν* in locum pronominis simplicis successisse tibi persuadebis recordatus Eleos, quibus Aetolos immixtos fuisse constat, tertio fere saeculo haec scripsisse: *ἁ πόλερ .... φαίναται χάριτερ ἀνταποδιδῶσσα τοῖρ αὐτᾶρ εὐεργέταιρ* (Coll. 1172 16, ubi vide Blassii adnotationem).

C. DE VOCABULORUM QUORUNDAM FIGURIS SINGULARIBUS.

§ 25. De vocis forma *πρισγύς*.

Boeotorum substantivum *πρισγύς*, cuius testimonia sunt
πρισγεῖες 2418 6. 18,
πρισγεῖ[ας] 1720 6,
eadem gutturali insigne est qua Cretum *πρεισγευτᾶν*, *πρειγευτᾶ*, *πρείγονα*[1]), *πρειγίστω* (Baunack, Inschrift von Gortyn 30), Coorum *πρηγιστεύσαντος* (Coll. 3742 4). Quae ratio inter gutturalem et Ionum Atticorum, Lesbiorum Thessalorum labialem intercedat, nescimus; difficultates ne a Guilelmo Schulze quidem (GGA 1896. 249 adn. 3) expeditae sunt.

§ 26. *ἱαρός*.

In titulis Boeoticis *ἱαρός* scribitur; *ἱερός* ante saeculum secundum non exstat, atque exstat quidem in titulis eis, qui aut maxime exigua aut nulla vestigia sermonis praebent Boeotici. Habes e. g. *ἱεράν* in titulo 3412; qui titulus plane volgaris est, nisi quod in *Θηλουθίου*, *ἀντίθησιν*, *Εἰλειθύῃ*, *ἄνθεσιν* vetus mos potest recognosci. Ac ne in eo quidem titulorum genere quiescit *ἱαρός*: in titulo 3357 inter mera volgaria *ἱαράν* nomenque *Ἀγχίαρος* deprehenduntur.

In voce *ἱαρός* illud observamus quod non raro observare licet: in sacris rebus formam vetustiorem quam diutissime retineri.

Ex numero gentium Graecarum occidentales solae *ἱαρός* dixerunt eadem vocabuli figura usi, quam Indi *iširá*- pronuntiant. Occurrunt e. g. in duabus trabibus Misthrae repertis *hιαρέων* et *hιαρεύς* (Coll. 4426). Ceteri Graeci *ἰερός*, *ἱερός* adhibent, Lesbi *ἶρος* forma propria.

§ 27. *Ἄρταμις*.

In titulis comparent formae *Ἀρτάμιδος* (546. 3407), *Ἀρτάμιδι* (3214 2, 2228 3, 2232 2, 3385 2 cett.), [*Ἀ*]*ρταμιδο*-- 2459 *a*, *Ἀρτάμων* 3348 2, *Ἀρταμίς* 832, *Ἀρταμισία* 833.

---

1) Nescio an hoc *πρείγων* nomini vetusto Tanagraeo subsit *Πρίγων* 657.

Tituli 2228, 3385 (accedunt 3386, 3391, 3411) sunt saeculi a. Chr. n. secundi: vides igitur deae nomen a Boeotis religiose a mutatione servatum esse. *Ἄρτεμις* non comparet nisi in titulo 3412, in quo *ἱεράν* quoque deprehendimus. In nominibus hominum *Ἀρτεμι-* pro *Ἀρταμι-* non raro invenitur; sed *Ἀρτεμεῖς* tituli 834 mulierem peregrinam fuisse ut terminatione demonstratur [1]), ita *Ἀρτεμιδώρα*, *Ἀρτεμίδωρος*, *Ἀρτεμόκλια* titulorum eorum, qui subsecuntur, Tanagraeos fuisse cives minime constat.

Nomine *Ἄρταμις* Graeci occidentales deam invocabant. Exempli causa ad *Ἀρτάμιτα Ἰακυνθοτρόφον* Cnidiorum provoco (Coll. 3502 13). Ceteri Graeci, in quibus Thessali, *Ἄρτεμις* dixerunt.

§ 28. De Neptuni nomine.

In titulo 2465 litteratura Ionica scripto occurrit *Ποτειδάονι*. Forma ergo *Ποτειδάονος* inscriptionis archaïcae *Ἐφ. ἀρχ.* 1899. 64 *Ποτειδάονος* intelligenda est.

Boeoti igitur deum illum salipotentem et multipotentem nomine *Ποτειδάων* venerati consentiunt cum Graecis occidentalibus, qui omnium Graecorum uni ea forma usi sunt. Testes deligamus Corinthios (*ΠοτειδάϜων*, *Ποτειδάν* Coll. 3119), Carpathiopolitas (*Ποτειδάν* Coll. 4320 34), Phocenses (*Ποτειδάν* Coll. 2561 B 15). A *ΠοτειδάϜων* descendit hypocoristicum [2]) *Ποτείδουν* Thessalorum (Coll. 1321. 1322). Apud Aeolenses vero, Iones, Atticos, Arcades *ΠοτειδάϜων* est inauditum: Alcaei *Ποσείδαν* (fgm. 26) ab Homeri *Ποσειδάων,* Ionum *Ποσειδέων,* Atticorum *Ποσειδών* a **Ποσειδήων* profecta sunt, cum Arcades insignes sint forma *Ποσοιδάν,* quae subest *Ποhοιδάν* illi Laconum.[3])

D. DE VOCABULORUM THESAURO.

§ 29. De verbo *ὀδόω.*

Vocem *ποθόδωμα* quam habes in titulo Orchomenio 3172 161, omnium Graecorum occidentalium propriam esse contendo, quam-

1) Cf. Guil. Schulze in Museo Rhen. 48. 252 sqq.

2) Hypocoristicum esse intellexit Hoffmann GD II 296.

3) Perbene monuit Collitz in libello Die Verwandtschaftsverhältnisse der griechischen Dialekte 14.

quam in Dorica inscriptione me legisse non memini. Occurrit in titulo Epirotico Coll. 1339 5.

Ab eodem verbo *ὀδόω* descendit nomen *παροδώτας* quod e titulo metrico cognoscimus 2852.

§ 30. De particula *κά*.

A Boeotorum sermone abhorret atque discrepat particula illa *ἄν* Ionum, Atticorum, Arcadum propria. Immo *κὰ* adhibetur, quod paucis exemplis demonstrabo:

ἢ δέ κά τις ἀντιποιεῖτη 3080 4;

ἅς δέ κα ζώει 3348 4;

ὥστινάς κα ἁ ἀρχὰ δοκιμάδδει 1739 7.

ἄν comparet tantum in titulis linguae plane volgaris velut 3321. 3325. 3328, *κὰ* etiam tum retinetur, cum *ἕως* volgare pro *ἅς* substitutum sit, e. g. 3343 3:

ἕως κα γαμείσει.

Quod semel habes *καν*:

ἔττε καν δώει 3054 7,

id mihi ita explicandum videtur, ut qui titulum incidit *κὰ* Boeoticum et *ἄν* volgare confudisse putandus sit. Dittenbergeri supplementum [*σουνωμολογείσαν*]*το* si recte se habet, terminatio -*ντο* ut alterum volgaris linguae vestigium deprehenditur.

Particula *κὰ* extra Graecos occidentales ignota est. Lesbii voce *κὲ* usi congruunt cum Thessalis et Cypriis.

Pars tertia.

De Boeotici sermonis declinationibus vocibusque et Aeolicis simul et occidentalibus.

§ 31. De stirpium in *ι*-declinatione.

Maiorem partem vocabulorum quae huc pertinent, ab Atticis declinari constat stirpibus in *i* et *ei* alternis: *πόλις*, *πόλιν* — at *πόλεος*, *πόλει*, *πόλεις*. Boeoti stirpe in *ei* extrusa priorem inducunt in casus omnes. Quamvis pauci casus servati sint titulis, cognoscitur plane ratio:

Sg. gen. *ἀποδόσιος* 3172 132, *μάντιος* 2724 8, *μισθώσιος* BCH 21. 554 3, *πόλιος* persaepe;
Sg. dat. *πόλι* persaepe, *σουγχωρείσι* 3171 48;
Plur. acc. *ἐμπράξις* 3172 157, *προρρείσις* BCH 21. 554 13.

Vergente saeculo tertio *i* productum litteris *EI* scriptum non raro invenimus; formas *πόλει* 3173 4, *προρρείσει* BCH 21. 554 2 dupliciter intelligas licet, id est ita, uti *πόλει*, *προρρήσει* aut ex lingua volgari depromptas esse statuamus aut non nisi scriptura differre a *πόλι*, *προρρήσι*.[1])

Eadem declinandi ratio et apud Lesbios exstat et apud Graecos occidentales. Adeas velim e. gr. foedus illud inter Mytilenaeos ac Phocenses factum (Ins. II nr. 1), in quo sunt *πόλι(ε)ς*, *πολίεσσι*, adeas altera ex parte Labyadarum legem, qua praebetur *θωιάσιος* (Coll. 2561 D 23). Ceterum Iones Arcades Cyprii ipsi quoque stirpes exitu *ei* insignes abiecerunt.

1) Namque ut in titulo 3173 volgare est *εἴσπραξις* (v. 4), in altero titulo *ἀπολογίσασθη* (v. 10), *ἐμισθώσαντο* (v. 15): ita multa sunt exempla signorum *EI* et *I* inter se commutatorum.

§ 32. De verbi substantivi participio praesentis.

Participii praesentis stirps *se-* formis Heracleensibus ἔντες, ἔντασσι illustrata cessit apud Boeotos stirpi *eso-* eidem, cuius coniunctivus est ἴωνθι. Nova cognoscitur in his exemplis:

Sg. gen. παριόντος 3172 49. 99;
Plur. nom. ἰόντες 3081 6;
gen. ἐόντων 2383 10;
dat. παριόντεσσι BCH 21. 554 8;
acc. ἰόντας BCH 19. 157 II 8;
Accedunt femin. ἐῶσα 2383 17, ἐώσας 1721 9, ἰωσάων et ἰώσας 3172 115. 147.

In eadem sede stirpem *eso-* deprehendimus apud Lesbios non minus quam apud Graecos occidentales. Lesbiorum quidem consuetudo cognoscitur ex illius de exsulum Mytilenaeorum reditu foederis formis ἐόντων, ἔοντα, ἔοντι, ἔοντας, ἐόντεσσι (Ins. II nr. 6); pro his Gortyniorum ἰόντας, ἰόντες, ἰόντων mihi testes sunto. Hic iterum cum Lesbiis Graecisque occidentalibus consentit reliqua Graecia praeter Atticam.

§ 33. De coniunctione αἰ.

Boeoti voce εἰ orbi utuntur forma αἰ, quae post litteraturam Ionicam receptam ἡ scribitur. Quod mansit usque in saeculum a. Chr. natum alterum; e. gr.

ἠ δέ κά τις ἀντιποιεῖτη 3080 4.

Eadem aetate εἰ iuxta ἠ habes:

εἰ δέ κά τις ἀντιποιεῖτη 3081 4.

Coniunctio εἰ ab omnibus Graecis occidentalibus est aliena. Apparet e cuiusvis regionis titulis, velut Argivorum decreto antiquissimo IGS Pelop. I nr. 554: αἴ τις ⟨τις⟩ . . . . . εὐθύνοι. Redit αἰ Lesbi: αἰ δέ κε καταγρέθηι Ins. II nr. 1 13.

Pars quarta.

De propriis quibusdam omnium antiquitus Graecorum servatis Boeotice.

A. DE SONIS.

§ 34. De ā producto.

Boeoti sonum *ā*, qui apud Iones Atticosque in *ē* abiit, non mutaverunt.

§ 35. De vetere *h*.

Sonum *h* pronuntiatum esse Boeotice ei tituli argumento sunt, in quibus litteratura domestica adhibita est. Exemplum aptissimum titulum Tanagraeum 1888 esse ratus singula afferam:

c 11 *Ηιππόκριτος*,
f 9 *Ηιμεραῖος*,
g 6. 10 *Ηείριχος*, *Ηερμαΐας*.

Hic vides *h* non modo in eis sedibus comparere, in quibus postulant grammatici, sed etiam in voce *hίππος*, ubi ratione caret: vetustior forma in *Χήιιππος* 2814 6 servata est. Idem titulus *᾿Αρμόδιος* (*d* 12) praebet idque pro ipso veriloquio: non enim stirpem *ἁρμό*- cum *ἀραρίσκω*, Lat. *artus* coniungere debet dubitari.[1])

In Boeotia *Ηισμεῖνα*, *Ηισμεινός* dictum esse elucet ex titulis:

2455 *Ηισμεινίοι*,
2706*a* *Ηισσμεινίας*, 2892 *Ηισμεινίας*,
3630 *Ηισσμειν*- -.

1) Cf. *Επαρμόστου* IGS III nr. 40 3.

Cum in vase quodam Attico colore nigro figurarum insigni *Ηισμήνη* pictum sit (Kretschmer, Vaseninschr. 228) Corinthiorumque *Ηυσμήνα h* praebeat idem (Coll. 3135), vetus, ut videtur, in prima voce est spiritus; ac veriloquio nescio an res confirmetur. Nam Fickio auctore *-σμεινος* eadem vox est quae apud Lacedaemonios evasit fluminis nomen *Σμῆνος*[1]) (Bezz. Beitr. 22. 48). Cum illo *Σμῆνος* ea ratione coniungere licet nomen *Ηισμηνός*, ut *hi-* pro reduplicatione habeatur.

Nomen deae *Ηιστία,* quod in titulo Tanagraeo quodam comparet, cum ea forma congruit, qua Tarentinos usos esse scimus: *Ηιστιαῖος*, *Ηιστίαρχος* e laminis nummisque cognovimus (Coll. 4616. 4626. 4627). Arcades vero pro exspectatione scripserunt *Ϝιστίαν* (Coll. 1203_{18}). Quae Solmsen ea de re disputavit (Untersuchungen 213 sqq), etsi me non fugerunt, tamen ea mihi non persuasit; quamquam ne ipse quidem habeo, quomodo *h* Boeotorum ac Tarentinorum expediam.

§ 36. De digammo.

Digamma in vocis capite ubique servatum est usque ad recentissima dialecti monumenta; in media voce iam quinto saeculo omittitur. Atque in hac libelli parte de illis tantum vocibus verba mihi sunt facienda, in quibus sonus vetus a Boeotis retentus est.

a) De Ϝ initio nominum posito.

Exempla afferam singularum stirpium quam recentissima, cum longum sit enumerare omnia.

Ϝαδιούλογος 2788_{3} (post ann. 250), *Ϝάδων* 2781_{6} (ante 250), *Ϝαδώσιος* BCH 21. $555_{18.19}$ (post a. 250); *Ϝασίας* 3068_{7} (post a. 250).

Ϝαλίδιος 1888 d_{11} (anni 426).

Ϝανάκων 2781_{18} (post 250); *Ϝαναξίων* 3180_{17} (222—200).

Ϝάρμιχος 2832_{2} (222—210).[2])

1) Paus. III 24, 9: *Πρὸς θαλάσσηι δὲ ἐπὶ ἄκρας ναός ἐστι Δικτύννης Ἀρτέμιδος . . .· Ταύτης δὲ ἐν ἀριστερᾶι τῆς ἄκρας ποταμὸς ἐκδίδωσιν ἐς θάλασσαν Σμῆνος.*

2) Veriloquium temptavit Solmsen Mus. Rhen. 53. 148.

Ϝάρνων 3171 14 (post a. 250).
Ϝαρτίας 2251; *Ϝάρταλος*[1]) 1742 8 (post a. 250).
Ϝασκώνδας 3091 1 (non multo post 250).
Ϝαστίας, *Ϝαστιούλλει* 3180 53. 54 (222—200).
Ϝειάρινος 1919 litt. dom.
Ϝεκαβόλος Monum. et mém. 1896. 137.
Ϝελατίη 3171 26 (post a. 250).
Ϝελιξίων 3179 20 (222—210).
Ϝέργων *Ϝεργονίκω* 2818 16 (circ. ann. 246).
ἀπὸ Ϝεσπ(έρας) 1740 6 (post a. 250).
Ϝέτια 3171 37 (222—200).
Ϝίδιον 3200 7 (200—150).
Ϝίκατι 3303 6 (saec. II).
Ϝιλαρχίοντες 2466 3 (post 250).
Ϝίλλων 2431 10 (sub a. 300).
Ϝιμππίδας BCH 21. 556 47 (post 250).
Θειο-Ϝίστος[2]) 3511 (litt. dom.).
Ϝιστέλιαν 507 4 (222—205).
Ϝίστωρ 3172 165 (222—200).
Ϝιφιάδας 3172 45 (222—200).
Ϝοὶ[3]) 2407 7 (a. 366).
Ϝοινίας 1888 *d*3 (a. 424).
Ϝυκέταν 3200 7 (200—150); *ϜεϜυκονομειόντων* 3172 125 (222—200).

Semel *Ϝh* scriptum est, in titulo Tanagraeo 593:

Ἐπὶ Ϝhεκαδάμοε εἰμί.

Constat Ioannem Schmidtium *Ϝh* e *sv* repetivisse (Pluralb. d. idg. Neutra 432 sqq.). Sed cum idem *h* in *Μhεγαρεύς*, *μhέγαλο-*, aliis stirpibus[4]) compareat, in quibus eadem ratione declarari nequit, hac in re viri maxime egregii acumini confidere vereor.

---

1) Cum *ὀρταλίς*, *ὀρτάλιχος* coniunxit Bechtel, Spitznamen 12 adn.

2) Eum, qui *θεῶν Ϝιότητι* natus est, intellegunt Fick et Bechtel, Griech. Personenn. 129.

3) *εἶμεν* *NOI* apographum Pocockii; corr. Böckh.

4) Collegit Kretschmer, Vaseninschr. 159.

b) De ϝ media in voce sito.

Exempla perpauca aetatem tulerunt. Quaecumque habemus, saeculo sexto aut quinto tribuenda sunt. Haec collegi:

ϝισϝόδιϱος ᾿Εφ. 1900. 109.

καλϝόν Mém. de la soc. de lingu. VII 448.[1])

Καϱυκειϝίω ᾿Εφ. 1896. 243, ᾿Εφ. 1900. 108.[2])

Κλε[ϝ]εϑοίνιος 2252; *Κλεϝίχα* ᾿Εφ. 1896. 244.

πά(ϝ)ιδι[3]) 3989.

ἐπόϝεισε 2729, Arch. Anz. 14. 142.

Φλόϝαϱος ᾿Εφ. 1896. 243.

χαϱίϝετταν Mon. et mém. 1896. 137.

Accedit nomen *Κοϱϝείδας*[4]) tituli 2533 sub finem saec. IV incisi. Neque ipsum nomen quid sibi velit, neque quomodo eo tempore digamma potuerit retineri, assequor.

Verum cave confundas hoc digamma cum illo, quod post *υ* occurrit ante vocalem. Est enim strepitus is, quo pronuntiatio labitur a vocali *u* ad vocalem insequentem. Quem sonum ut in sermone servatum Boeoti et recentiore aetate digammo significare perrexerunt. Habes

Βακευϝ- in ᾿Επὶ *Βακεύϝαι* 3229.

εὐϝ- in *Εὐϝαενέτα* 3510, *Εὐϝαϱχίδας* 992, *Εὐϝάγοϱος* 2955.

Eodem incertum est num spectet *Δϱιμυϝόϱηος* 2463 9. Nam ab eorum Graecorum partibus, qui ante *ο*, *ω* in primis vocibus posita digammum omiserunt, utrum Boeoti steterint necne, cum nesciamus[5]), eodem iure *Δϱιμυ-ϝόϱηος*, quo *Δϱιμυϝ-όϱηος* licet dividere.

---

1) Huius tituli a Mauricio Holleaux detecti imaginem non inveni. Quam ob rem alibi ad eum provocare dubitavi.

2) Agitur de Apolline quem vocant *Καϱυκεῖον*.

3) Emendavit Meister; E pro C in lapide.

4) „Foucartus KOPP habet, quum reliquiae quarto loco a Loewyo enotatae haud dubie litterae ϝ sint" Dittenberger. Sed ne nomen *Κοϱϱείδας* quidem expedio.

5) E *πϱωϱοέ* 4249 nihil est colligendum, quia Boeoticae originis an non sit monumentum prorsus incertum est. Ad tituli 3287 vocem *ἐνωνά* provocare mihi non magis licet propter inscriptionis aetatem admodum recentem quam Solmsenio (Untersuch. zur griech. Laut- und Verslehre 187).

Aetate imperatorum Romanorum ut reliqua dialectus resuscitatur, sic etiam ϝ vocis ἀϝείδω, quod sub finem saeculi tertii pronuntiari desitum esse ἀΐδοντος testatur titulorum 3210. 3211, renascitur: tum ecce formae grandiloquae ῥαψαϝυδός, αὐλαϝυδός, κιθαραϝυδός, τραγαϝυδός 3195, quae risum movent.

§ 37. De sigmate geminato.

A Boeotis sigma duplex duorum sibilorum concursu ortum in sonum simplicem non vertitur. Praeter dativos pluralis in -εσσι aoristosque stirpium exitus sigmatici, quos in parte prima enumeravi (§§ 5 et 8), futurum respice quaeso verbi substantivi

ἔσσετη REG 12. 69 5

in titulo Tanagraeo sub saec. a. Chr. n. tertii finem exarato.

§ 38. De duplicibus quibusdam consonis Boeotice salvis.

Graeci occidentales voce ἔμπασις, Arcades ἴμπασις usi sunt pro Atticorum Ionumque ἔγκτησις. Boeoti nisi quod ἔπππασις dicunt faciunt cum Graecis occidentalibus. Exempla permulta cum occurrant, satis habeo decreta honoraria commemorasse ea, quibus Dittenberger numeros 504—531 adscripsit. Formae enucleandae cum frustra operam navassent viri docti, Ioanni Schmidtio, summi acuminis ingeniique viro, contigit, ut acu rem tangeret, cum ex ἔμ-πππασις statueret ortum esse ἔπππασις (Pluralb. d. idg. Neutr. 414 sqq.); et contigit ita, ut -ππα illud, quod subesse vidit, postquam hac aetate et alio quodam modo dictum comparuit in Boeotia, plane supersedeat suspicione eorum qui π prius e nasali ortum esse coniecerunt: reperitur enim in parte posteriore nominum Γυνό-ππαστος[1]), Θιό-ππαστος (505 2, Ἐφ. 1892. 35 nr. 64 2).[2]) Retinuerunt igitur sonum, cum antecederet vocalis, Boeoti duplicem, quem ceteri simplicem reddiderunt. Alterum π priori assimilatum esse inter omnes constat ita, ut de prisca radicis forma nihil affirmari possit.

---

1) Quid Γυνο- sibi velit, incertum est. Suspicari licet affine id esse voci Γωνο- in Γούν-ιππος Coll. 345 87.

2) Schulze, KZ 33. 318, Fick-Bechtel, Griech. Personenn. 231.

Eadem ratione, qua ἔππασις ex ἔμππασις factum esse consentiunt viri docti, Bechtelius Boeotorum illud ἔττε — ita enim dixerunt, non ἔστε, 3054 7, 3170 13 — ex ἔν-τε repetere conatus (Herm. 36. 424) Brugmanno, qui contra dialecti indolem ἔττε ex ἔστε mutatum esse sibi persuaserat, oblocutus est, sed ita, ut quid de duplicis τ origine sentiret non pronuntiaret.

§ 39. De ν paragogico.

ν ἐφελκυστικόν, quod vocant, a Boeotico sermone quondam prorsus semotum, ante medium saeculum a. Chr. n. tertium in titulis non invenitur.

Litteraturae domesticae titulis 3468 et 1873 illo praebetur ἔδωκε Εὐπλοΐωνι, hoc ἐπόεισε in fine inscriptionis.

Altero saeculi tertii dimidio tituli 2406. 3171. 3172 incisi sunt; accedit is quem Colin BCH 21. 554 edidit. In quibus haec habes exempla:

ἔλεξε· ἐπιδεί et παρκέκλειχε αὐ[τόν] 2406 l. 12;
ἀπέδωκε Εὐβώλυ 3171 15;
ἐπίθωσε αὐτάν 3172 117;
ἔλεξε· ἐπιδεί, ... διεσσείλθειχε, ὑπάρχι ...., παριόντεσσι αὐτοῖς BCH 21. 554 l. 2. 8.

Ea fere aetate ν volgare irrepere coepit. In basi quadam Canthari statuarii, qui paulo ante medium saeculum tertium videtur fuisse, Κάνθαρος ἐπόεισεν subscriptum est (2471). Itemque in dedicationum recensu, qui sub finem saeculi tertii exaratus est, ἅν ἔλαβεν πὰρ .... comparet (2420 35).

Adversari videtur tit. 2230 litteraturae domesticae: [τάν]δ' vel [τόν]δ' ἀνέθηκεν Ἀθάναι. At cuius aures adeo sunt obtusae, quas effugiant dactyli? Accedit ὅδε pronomen a Boeotico sermone alienum. Proinde cave fragmento isti quicquam in hac re momenti tribuas.

B. DE NOMINUM VERBORUMQUE FLEXIONE.

§ 40. De nominativi singularis exitu non sigmatico.

In titulis Boeoticis nominativi deprehenduntur non pauci, qui nominativi signo carent. Comparent cum in α tum in ει;

hoc quidem genus primus statuit Blass in Mus. Rhen. 1881. 604 sqq. Exempla collegi haec:

a) Nominativi in α:

Ἀθηνάδα 2257, Thisbae;

Ἀπολλωνίδα 4231, Anthedone („fieri potest, ut littera evanuerit" Dittenb.);

Καλλέα 1889, Thespiis (litt. dom.);

Καλλία 2852, Haliarti (litt. dom.);

Μογέα 3467, originis incertae (litt. dom.);

Νεστίδα 4209, Anthedone;

Ϙλίδα 4127, Thebis.

Habes septem nominativos nominum hypocoristicorum, tribus exceptis aetatis antiquissimae. Accedunt duo eiusdem aetatis nominativi nominum non hypocoristicorum:

Εὐγιτονίδα 3508, Tanagrae (litt. dom.);

[Εὐ]ορμίδα 3738, Thebis (litt. dom.; de supplemento Dittenberger ipse dubitat).

Huc non spectare nominativum πυθιονίκα 1888 *b* 9 Ioann. Schmidt suo iure statuit (Pluralb. d. idg. Neutr. 354 adn.). Provocare potuit[1]) ad Pindari Ὀρσοτρίαινα Ol. VIII 48:

Ὀρσοτρίαινα δ' ἐπ' Ἰσθμῶι ποντίαι
ἅρμα θοὸν τάνυεν

et ad Χρυσοτρίαινα poetae Attici, qui cecinit haec (CIA IV 1, fasc. 3 pag. 179):

Τήνδε κόρην ἀνέθηκεν ἀπαρχὴν . . . λοχος ἄγρας,
ἥν οἱ ποντομέδων Χρυσοτρίαιν' ἔπορεν.

b) Nominativi in ει:

Ἀθανίκκει 555, Tanagrae;

Ἀκρηφίλλει BCH 23. 194 I 13, Acraephiae;

Ἀκύλλει 585 III 4, Tanagrae (426 a. Chr.);

Ἀμφότ[τει][2]) 2858 1, Coroneae;

---

1) Mecum communicavit Bechtelius.

2) Ἀμφόττει, Ἀμφοττώ, Ἀμφοττίς hypocoristica nominis Ἀμφοτερώνυμος (Ἐφ. 1893. 108) esse bene monuit Hoffmann (Bezz. Beitr. 22. 134).

Βιούτη 1753 6, Thespiis;
Βουκάττει 3180 70, Orchomeni;
Βραχύλλει 538 22, Tanagrae;
Διδύμμει 4195, Anthedone;
Εἰρωΐλλει 2781 21, Copis;
Εὐνόμμει 3183 10, Orchomeni;
Εὐρούμει 1672 6, Plataeis;
Ϝαστιούλλει 3180 54, Orchomeni;
Θάλλει 538 12, Tanagrae;
Καλάμμει 2745, Acraephiae (litt. dom.);
Κεφάλει vel *Κεφάλλει* 3634, Thebis (litt. dom.);
Κυδίλλει 3236, Orchomeni (litt. dom.);
Μέννει 2427, Thebis (litt. dom.);
Μνασίλλει 3068 4, Lebadeae;
Ξέννει 537 *b* 19, Tanagrae;
Πουθίλλει 3179 10 al., Orchomeni;
[*Πρ*]*οπάττει* 2431 II 5, Thebis;
Πρόππει 3206 4, Orchomeni;
Πτωΐλλει 2427 12, 3582 Thebis (litt. dom.), 3180 30 Orchomeni;
Τιμόλλει 3175 12, Orchomeni;
Φίλλει 3182 5, Orchomeni.

Occurrunt igitur amplius viginti nominativi in -*ει* eique ad unum omnes nominum hypocoristicorum, id quod Blass vidit primus. Inde apparet non sine aliqua ratione grammatica easdem formas simul esse asigmaticas atque hypocoristicas. Quem conexum inquirere ab hoc loco alienum est: unum commemoro Kretschmerum, qui probare conatus eos in -*ει* nominativos habendos esse pro stirpium in *ι* casibus vocativis (KZ 33. 268 sqq.), quamquam Brugmanni tulit assensum (Griech. Gramm.[3] 221), mihi non persuasit propterea, quod impetrare a me nequeo, ut divellam nominativos in -*ει* a nominativis in -*α*. Neque verum est, quod Zimmer (KZ 32. 194), Kretschmer Kretschmerumque subsecutus contendit Brugmann, ea tantum nomina signo carere nominativo, quae duplici consona insignia essent: assentiri te *Εὐρούμει* et *Βιούτη* Thespienses vetant.

Nominativi non sigmatici ne a reliqua quidem Graecia sunt alieni. Bechtelius cum in Megarensium arbitrio Coll. 3025 inveniret

genetivos τοῦ *Φάγας* et τοῦ *Ἀραίας*, eiusdem formae genetivum esse *Προκλείδας* tituli Anactoriensis IGS III nr. 521 perspexit eumque cum nominativo Boeotico *Μογέα* ita coniunxit, ut *Μογέα, Προκλείδας* declinationis cuiusdam reconditioris vestigia esse coniceret. Testimoniorum numerus postea auctus est: ut habes *Σώτιμον Ξενίας Κασσωπαῖον* IGS III nr. 484 3; vide quid Dittenberger ad eiusdem voluminis num. 521 adnotaverit.

Ex eis quae modo exposui, colligendum mihi videtur hypocoristica in *α* et *η* priscis temporibus signum nominativi non addidisse, Orchomeniorum igitur nominativum *Βουκάττεις*, quem legimus in titulo satis antiquo 3270, recentiorem esse nominativo *Βουκάττει* tituli Orchomenii 3180, quem vergente saeculo tertio incisum esse constat. Praeterea sicut *Βουκάττει* aliaque a nominibus non hypocoristicis signum nominativi mutuata sunt, non dubito quin *Εὐγιτονίδα, Σωκλείδα* ad hypocoristicorum exemplum declinata sint.

§ 41. De stirpe debiliore in *-ον* retenta.

Boeotos *Ποτειδάων*: *Ποτειδάονος* declinasse supra (§ 28) demonstravi. Eadem ratione in Homeri carminibus ea flectuntur nomina, quae in eandem vocem *-άϝων*[1]) cadunt: *Ἀλκμάονος, Ἀμυθάονα, Ἀπισάονα, Ἀρετάονα, Ἰάονες, Λυκάονος, Μαχάονα, Παιήονα* uno excepto: *Ποσειδάωνος, Ποσειδάωνι, Ποσειδάωνα*. Efficitur Boeotos, non Homerum hoc in vocabulo antiquam declinationem servasse; poetam metro coactum casus obliquos novasse in propatulo est (⏑‒‒‒⏑ pro ⏑‒‒⏑⏑).

Quod si tenemus, de exitus patronymicorum in *-όνδας* origine recte iudicabimus. Exempla titulorum enumerabo omnia:

Δρωπόνδας 2812 14;
Ἑρμαϊόνδα[ς] 2947;
Χαρόνδα[ς] 3408 1.

Ut *Ἱκεταονίδης* Homericum descendit ab illa stirpe, quae subest accusativo *Ἱκετάονα*, ita e patronymicis *Δρωπόνδας, Ἑρμαϊόνδας, Χαρόνδας* discimus Graecos quondam *Δρώπων*:

1) Fickius voces *αἶτας, ἐνηής*, Lat. *aveo* cognatas esse censet (GP² 383).

Δρώπονος, Χάρων: Χάρονος simm. declinasse eandem secutos rationem quam Homerus: *Ἰήσων, Ἰήσονος*.

Eiusdem declinationis vestigia in Thessalia deprehenduntur: *Κλεόνδας, Παρμονίδαιος* Prellwitz adnotat De dial. Thess. 49**.

§ 42. De secunda pers. sing. pron. pers.

In Boeotis priscam formam nominativi *tu* mansisse duo quinti saeculi testimonio sunt tituli:

τὺ δέ, Φοῖβε, δίδοι χαρίϝετταν ἀμοι[ϝάν] Mon. et Mém. 1896. 137;

τὺ δ' εὖ πρᾶσ[σ', ὦ] παροδῶτα 2852.

§ 43. De articulo.

Ut *tu* vetus, itidem *toi* Indogermanicum servavit Boeotia, primo *τοί*, postea *τύ* ac *τεί* scriptum. Femininum etsi non comparet, nihilo minus *ταί, τή* Boeotos dixisse certissimum est.

E magno exemplorum numero pauca deligo:

τοὶ πολέμαρχοι τοὶ ἐπὶ Πολυκράτιος ἄρχοντος 3172 102;

τύ τε ἱαρεῖες κὴ τε[ὶ ἱα]ράρχη 3080 5.

Sequitur ut pluralis numerus vocis Atticae *ὅδε* a Boeotis, qui non *-δε*, sed *-ι* affigant, recte dictus sit *τοιΐ, τυΐ*: illud e. g. offertur titulo 3191, hoc insequenti. Ceterum ut *ποέω* interdum pro *ποιέω*, itidem *τοΐ* est iuxta *τοιί*: *τοῒ ἀπεγράψαντο ἐν ὁπλίτας* 2781 2. Proinde cave articulum *τοί* illic sentias etiam tum pro demonstrativo adhibitum esse: quippe abhorret plane a more Boeotico nulloque exemplo adiuvatur, refellitur omnibus.

§ 44. De *-εν* tertiae pluralis aoristi passivi terminatione.

Tertia pluralis aoristi passivi in *-εν* cadit:

ἐσσεγράφεν 2389 2, 2390 3.

Eadem terminatio non modo apud Graecos occidentales occurrit omnes, e. gr. apud Acarnanes: *ἐπώληθεν* IGS III nr. 485 1, verum etiam Homero nota est: *δάμεν* simm.

§ 45. De tertia plur. imperativi in *νθω* (*ντω*).

Tertiae personae pluralis imperativorum a Boeotis non, ut alibi, amplificantur littera *ν*; hic item patrum consuetudini adstricti manserunt. Titulis exempla praebentur haec:

ἀνγραψάνθω 207 15 (tit. Aegostenitan.);
δαμιώνθω 3198 6;
οὑπερδικιόνθω κὴ προϊστάνθω 3080 5, 3081 5;
ἔνθω 3172 88;
καρουξάνθω BCH 16. 458 nr. III 5;
στασάνθω REG 12. 69 16;
σουλώνθω 3199 13.

§ 46. De verborum contractorum declinatione quadam.

In titulis duo verba contracta ita declinantur, ut binae stirpes inter se coniunctae se praebeant, quarum altera in *aje*- cadit, altera in *eje*-: *συλάω* dico et *τιμάω*.

Praesens *συλάω* subest imperativo *σουλώνθω* modo allato et participio *σουλῶντες*, quod exstat e. gr. in titulis 3198 5, 3199 12. Praesentis *συλέω* vestigium habes in infinitivo *σουλεῖμεν* tituli Orchomenii BCH 19. 157 II (v. 7).

Praesentis *τιμάω* exemplum in titulis deest; sed magno nominum numero, quorum prior pars est *τιμασι*-, efficitur *τιμάω* minime ignotum fuisse Boeotis. Praesens *τιμέω* cognoscitur e *τιμέωσα*, quod certo supplemento restitutum est a Foucarto 2383 17: *εὐχάρι[στο]ς ἐῶσα κὴ [τιμ]έωσα.*

Eandem stirpium commutationem apud Graecos occidentales viguisse, viri docti iam dudum animadverterunt. E Delphicis quidem titulis Wendelius haec exempla congessit: *συλήτω, συλῆν, συλάσῃ* — *συλέοι, συλέων; ἐπιτιμῆν* — *ἐπιτιμέων;* Att. *θωᾶν* — Delph. *θωεόντων;* Delph. *χρηάηται* — Boeot. *χρειεῖσθη.* Cave vero solos opinere Graecos occidentales huic favisse varietati recordatus et Homerum *μενοινᾶις* et *μενοίνεον, ὁμόκλα* et *ὁμόκλεον* dicere, Sapphus *ὄρημι* adversari Atticorum verbo *ὁρῶ* ex *ὁράω* orto: manifestum est eas vocalium mutationes lege quadam effectas esse, quae ad Graecos pertinebat omnes.

Quam legem Ioannes Schmidt ita recte constituisse mihi videtur, ut *α* vetus ante *ο* in *ε* abiisse diceret (Pluralbild. d. indog. Neutra 326 sqq.).

§ 47. De verbi substantivi declinatione.

Hoc loco formae verbi substantivi tractandae sunt tres: tertia plur. imperativi ἔνϑω, tert. sing. impf. εἶς, tert. plur. impf. εἶαν. Quae formae in hisce titulis occurrunt:

ἔνϑω 3172 88;

παρεῖς 3198 7, 3379 11, BCH 21. 556 43;

παρεῖαν 3172 52, 3173 4, 3199 13, BCH 21. 555 22. 26. 32. 556 36.

Imperativo ἔνϑω subest stirps *se*-, cuius provincia est tertia pluralis et participium praesentis. Forma haec prisca Argis quoque quinto saeculo exstitit: αὐτοὶ ἔνοχοι ἔντω ἐνς Ἀϑαναίαν CIG Pelop. I nr. 554 7.

εἶς eadem forma est quam ἦς pronuntiaverunt Graeci occidentales[1]) et Arcades: innotuit ἦς Strati, Oeantheae (IGS III nr. 442 9, 867 3), Epidauri (CIG Pelop. I nr. 951 21), Tegeae (Coll. 1222 37). Cui ἦς cum Indorum *ās* plane respondeat, apparet eos Graecos, qui ἦς dixerunt, retinuisse formam vetustam.

Denique εἶαν cum Herodoti ἔας, ἔατε eadem declinandi ratione coniunctum esse censeo, ipsa quoque perantiqua, cum Graecorum ἐα- atque Islandorum *ero*- in *erom*, *eroþ*, *ero* eiusdem fontis esse veri sit simillime (Fick Bezz. Beitr. 7. 171). Formam εἶαν a ceteris Graecis non alienam fuisse ex eo mihi videtur concludendum, quod tertia pluralis aoristi ἔϑεαν, quam substantivi verbi tertiam pluralis imitatam crevisse crediderim, Boeotiae finibus minime continetur. Atque habes ἔϑεαν ut apud Boeotos (idque saepissime velut Ἐφ. 1896. 243), itidem apud Edalienses (κατέϑιjαν Coll. 60 27). Accedit quod Tegeatarum participium

1) Obloqui videtur ὅπω ϝέκαστος ἦν legis de colonis Naupactum mittendis. At tollitur difficultas, si cum Bechtelio ἦν tertiam pluralis esse statuimus (Herm. 31. 318).

ἀπυδόας (Coll. 1222 13) argumento videtur esse Tegeatas *ἔδοαν* pro *ἔδον* vel *ἔδοσαν* dixisse ipsos quoque formae *ἦαν* analogiam secutos.[1])

§ 48. De formis *πίει* et *δίδοι*.

In fine tituli, qui in exteriore cantharo quodam nigro incisus est, legitur (3467):

ὥς χ' ἅδαν ΠΙΕ.

Formam ΠΙΕ Meister feliciter ita expedivit (Coll. 1. 405), ut coniunctivos Arcadum et Cypriorum conferri iuberet: *ἔχη*, *κατυστάση* cett. Tegeae, *ἐξορύξη* et *λύση* Edalii (Coll. 1222 26. 43, 60 12. 29).[2])

Alia forma, *δίδοι*, in titulo est in pedibus inscripto Apollinis illius aenei, de quo Fröhner in Monumentis et Memoriis 1896. 136 sqq. verba fecit:

τὺ δέ, Φοῖβε, δίδοι χαρίϝετταν ἀμοι[ϝάν].

Constat Pindarum eadem forma quater usum esse in Olympiis; in testa quadam Corinthi effossa Blassii sagacitate restituta est: *[δί]δοι χαρίεσσαν [ἀ]φορμάν* Coll. 3119 *c*. Cum non nisi in carminibus inveniatur, ad sermonem Boeoticum nihil attinet; quod eo minus doleo, quia obscurior (cf. quae Wackernagel exposuit KZ 33. 25 sqq.).

C. DE VOCABULORUM QUORUNDAM FIGURIS.

§ 49. De vocabulo *ἀδελφεός*.

Boeotos *ἀδελφεός*, non *ἀδελφός* dixisse e titulis apparet. Habemus

ἀδελφιός 3379 12, 3385 3;
ἀδελφιόν 2795 3;
ἀδελφεά BCH 21. 555 25;
ἀδελφεή 2777 3.

---

1) In tit. 3682 habes *ανεθε* litt. domestica. Dittenberger *ἀνέθει* cum scripserit, malim *ἀνέθεε* emendare suspicatus eam formam ad exemplar *ἔχεϝε* singularis cum plurali *ἔχεϝαν* coniuncti fictam esse.

2) De vasculorum *χαῖρε καὶ πίει* cf. quae Kretschmer, Die griech. Vaseninschr. 195 sq. exposuit.

Eadem forma in lege de colonis Naupactum mittendis (IGS III nr. 334 7), in lege Labyadarum (Coll. 2506 C 44), in magna illa lege Gortyniorum comparet; Homerum et Herodotum eadem uti non est quod moneam.

§ 50. De Vestae nomine.

Boeotorum pronuntiatione Vestae nomini inest sonus *ι*: *Ηιστίηι* 556.

Conferas velim Locrorum *ἐν τᾶι ἰστίαι* IGS III nr. 334 7. 16, tum Ceiorum *Ἱστίηι* (Bechtel, Ion. Inschr. nr. 54) cett.

§ 51. De Dianae Ilithyiae nomine.

Dianam Ilithyiam Boeoti variis nominis formis invocaverunt: in titulis *Ἐλείθυια*, *Εἰλείθυια*, *Εἰλείθια* comparent.

a) *Ἐλείθυια.*

Ἀρτάμιδι τῇ Ἐλιθιονίη in titulo Chaeronensi 3385 scriptum est. Formam *Ἐλίθιουια* cum Pindarica *Ἐλείθυια* convenire (Pyth. III 9 al.) monuit Gu. Schulze Quaest. ep. 260.

b) *Εἰλείθυια.*

Ἀρτάμιδι Εἰλειθύη Tanagraei (555) et Orchomenii (3214) scripserunt; eadem scriptura in titulis volgari dialecto compositis 1871. 1872. 3412 adhibita est. Ab *Εἰλειθύη* non nisi scriptura diversa est *Εἰλειθούη*, *Εἰλειθιουίη*, quae formae 3391 5 (Chaeroneae), 4174, 4175 (Anthedone) occurrunt. Eodem spectat *Ἰλ[ι]θούη* 3413 (Chaeroneae).

c) *Εἰλείθια.*

Ἀρτάμιδι Εἰλειθίη e titulis Chaeronensibus innotuit: 3386 10, 3410. 3411; *Εἰλειθείη* in titulo Thisbensi 2228 aetate recentiore conscripto exstat.

Vasorum Atticorum pictores *Ηελείθυα*, *Ηιλείθυα*, *Ηιλίθυα* formis usi sunt: Kretschmer, Vaseninschr. 156 sqq. Quarum primam cum Boeotorum *Ἐλείθυα* coniungendam esse manifestum est; ceteras ut expediam nescio. *Εἰλείθυια* Atticum esse Aristophanes testis est; accedunt *Εἰλυθείαι* CIA II 1586 9, *Ἰλειθύαι* 1590 1.

§ 52. De vocabulo *ὄνυμα*.

Haec vocabuli *ὄνομα* figura Attice non invenitur nisi in compositis *ἀνώνυμος*, *ἐπώνυμος*, *εὐώνυμος*, *ὁμώνυμος*, aliis, ad quae accedunt nomina propria. Sed viguisse eam apud Lesbios, Thessalos, Selinuntios titulis docemur (Coll. 272 5, 345 21, 3046 8); ab eisdem stabant Boeoti:

ὄνιουμα 3172 134, 3352 4;
ὄνουμα, *ὀνούματα* REG 12. 70 27. 28.

§ 53. De forma *δέκομαι*.

Boeotos *δέκομαι* dixisse testis est
δέκεσθη REG 12. 69 7.

Constat omnes Graecos Atticis exceptis eodem *δέκομαι* usos esse.

D. DE DERIVATIONE VOCUM.

§ 54. De adverbiis loci.

In titulis duo adverbia loci adhibentur: *εἶ* et *αὐτεῖ*. Illud habes 3054 14: *εἶ ὁ πατὴρ αὐτῶ* . . . ., hoc REG 12. 69 5: *κὴ αὐτῖ ἰαόντυς Ταναγρῆϋς καθὰ κὴ νιοῦν*.

Isdem adverbiis favere Graecos occidentales nemo est qui nesciat. Sed ne Ionibus quidem ignota fuisse e Cymaeorum *τουτεῖ* (Bechtel, Ion. Inschr. nr. 3a) apparet, ut omittam adverbium *ἐκεῖ*, quod Graeciae est totius.

E. DE VOCABULORUM THESAURO.

§ 55. De voce *ἀννίς*.

ἀννίς in titulo Chaeronensi 3380 servatum quid sibi vellet, postquam Dittenberger coniectura assecutus est, Hesychii testimonio[1]) confirmari monuit Solmsen in Mus. Rhen. 56. 503, qui Lat. *anus* aliaque comparari iubet.

§ 56. De voce *ἐνείκω*.

ἐνείκω verbum a Boeotis usitatum esse ex titulis elucet. Occurrunt

εἴνιξαν 2418 24;
ἐνενιχθεῖ 3172 150.

1) *ἀννίς· μητρὸς ἢ πατρὸς μήτηρ.*

Formarum *ι* ex *ει* ortum esse e loco quamvis corrupto quodam Herodiani II 374, 21 intellegitur, quem parum feliciter tractavit Stephan De Herodiani technici dialectologia 49: *οἱ Βοιωτοὶ τὸ ἤνεγξα ἤνειγξα λέγουσιν διὰ τῆς ει διφθόγγου τὴν παραλήγουσαν ποιοῦντες.* Herodianum *ἤνειξα* scripsisse patet; aoristum unde hauserit, nescimus. Praesentis *ἐνείκω* vestigia deprehenduntur apud Homerum (*ἔνεικε, ἐνεικέμεναι*), a quo Scuti scriptor pendet (*συνενείκεται* 440). Aoristum Graeci duplicem finxerunt: *ἤνεικα* habes non solum apud poetas, sed etiam in pedestri sermone Ionum (*ἐνεικάντων* Chii, Bechtel, Ion. Inschr. nr. 174 *b* 4), cum *ἤνειξα* Herodiano teste dixerint Boeoti.

§ 57. De voce *κλέϜω*.

Κλεῦσαι, aoristum veterem verbi *κλέϜω*, e nomine

Κλεύσιππος 2724 *e* 3

colligendum esse monuerunt Bechtelius Fickiusque, Griech. Personenn.[2] 472, cum laudarent Hesychii *κλευσόμεθα· .... φθεγξόμεθα.*

§ 58. De voce *λάδδουσθη*.

Λάδδουσθη dixisse Boeotos e titulo 3054 6 apparet. Eodem verbo Iones usi sunt: is qui librum composuit *Περὶ νούσων τὸ δεύτερον*, scripsit (Hippokrates VII 110 Littré): *καὶ ἄση αὐτὸν λάζεται .... καὶ φόβος λάζυται.* E lingua Ionica vox a tragicis Atticis deprompta est.

§ 59. De praepositione *πεδά*.

Boeoti praepositionem veterem *πεδὰ*, qua Lesbios, Argivos, Cretenses usos esse tituli testantur, ipsi quoque retinuerunt. Formula est *πεδὰ τῶν πολεμάρχων* 3171 5. 22, 3172 153, REG 12. 69 13, deinde nomina *Πεδανγελίς* 3512 (litt. dom.), *Πεδακλεῖς* 2782, aliaque in Dittenbergeri indice congesta. Praepositio *μετὰ* solo exemplo praebetur 3171 40 *ὁ ἐνιαυτός ὁ μετὰ Θύναρχον*, sed cum titulus medium saeculum a. Chr. n. tertium non superet, maxima cum probabilitate praepositionem *μετὰ* a dialecto Boeotica prorsus abiudicaveris.

§ 60. De voce *πιτεύω*.

Verbum *πιτεύω* adhuc nusquam in Graecia inventum est nisi in titulo Thespiensi eo, quem Colin BCH 21. 554 sqq. publici iuris fecit; sed vocabulum a Boeotis servatum, non fictum esse re ipsa apparet. Legimus

τοῖς μὲν πεπιτευόντεσσι 554 7,
ὁπόττα δέ κα ἀπίτευτα ἴωνθι[1]) 554 8.

Verbo sensum inesse irrigandi vidit Meister.[2])

§ 61. De voce *ποίας*.

ποίας comparet in titulo Thespiensi BCH 21. 554 sqq:

τὼς πύας 554 5. 12; *πρᾶτον πυάων* 554 15.

Vocis vim perspexit Meister[3]) simul suspicatus Xenophontem cum diceret *ἐν πόαι τινὶ κατακεῖσθαι* (Hell. IV 1, 30; Ages. 36, 5) non feminino *πόα*, sed masculino *πόας* usum esse.

§ 62. De praepositione *ποτὶ*.

In Homeri carminibus *προτὶ* ac *ποτὶ* eodem sensu usurpantur. Boeoti quod *προτὶ* plane abiecerunt, cum omnibus fere Graecis faciunt occidentalibus. Satis erit exempla exscripsisse tituli quidem 3172: *ποταποπισάτω* 85, *ποτὶ δᾶμον* 112, *ποτὶ κατόπτας* 140, *ποθοδωμάτων* 161.

Forma *ποὶ*, quam Ioannes Schmidt in proclisi ex *ποτὶ* profectam esse demonstrare conatus est (KZ 38. 17 sqq.), in Boeotia non occurrit nisi in nomine *Ποίδικος* 2781 13.

§ 63. De adverbio *προτηνί*.

Adverbium *προτηνί* in titulis comparet tribus:

1739 14 *τὸμ προτηνὶ ἐμβάντα* (Thespiis);

BCH 21. 554 2 *ἐν τῆ π[ροτ]ηνὶ προρρείσει* (Thespiis; suppl. Colin);

2406 7 *[ἀγα]θῶν τῶν προτην[ὶ πεπρ]αγμένων* (Thebis; suppl. Dittenberger).

---

1) Distinxit Meister.
2) Sitzungsber. der K. Sächs. Gesellsch. der Wissensch. 1897. 145.
3) l. l. 143.

Dittenberger cum vidisset vim adverbii *πρότερον* inesse vocabulo, monuit in Rheso tragoedia legi (592 f.)

ὑμᾶς δὲ βάντας χρὴ προταινὶ τάξεων
φρουρεῖν . . . .

et Parmeniscum loci scholio testari vocem *προταινί* Boeoticam esse. Locativus quin sit (velut *ἀμισθί* cett.), non est dubitandum: a quo locativo descendit *προταίνιος*, quod adiectivum Hesychius[1]) testatur, eadem ratione qua *ἐνάλιος* ab *ἐν ἁλί*.

§ 64. De voce *χρειεῖσθη*.

Χρειεῖσθη tituli est 3169 8.

Verbum recte cum *χρηείσθω* tituli Calchedonii Coll. 3052 7 coniunxit Meister[2]), Eleorum *χρῆσται* eandem formam esse ac Boeotorum *χρειεῖσθη* pronuntiavit Bechtel (ad Coll. 3052). Neque minus recte Meister de praesentis *χρηέομαι* origine iudicavit ratus denominativum esse, cui *χρῆϝος* subesset.

1) *προταίνιον· παλαιόν* (!). Antecedit *προταίνιον· πρὸ μικροῦ*, ubi in lemmate *προταινί* coniecit Schleussner.

2) Coll. 1. 394.

Pars quinta.

Quibus rebus a ceteris Graecis Boeoti differant.

A. DE SONIS.

Dialectus Boeotica a ceterorum Graecorum consuetudine vocalium mutationibus quibusdam mirum quantum discedit. Ac mutantur quidem *ē* sive priscum sive productione aut contractione effectum, diphthongi *ei, ai, oi.* Iam singula perlustremur.

I. Quae vocalium mutationes non pendeant e certorum quorundam sonorum vicinitate.

§ 65. De vetere *ē*.

Ei tituli qui litteraturae sunt domesticae[1]), hunc sonum ab *e* brevi non distinguunt. Ut praebet titulus 2729 priore saeculi sexti dimidio incisus *ἀνέϑ*E*κε, Πτωῐ*E*ῐ, ἐποίϜ*E*σε*, tituli 2229. 2230. 2279 centum annis postea exarati *ἐπό*E*σε, Θ*E*βαῖος, ἀνέϑ*E*κεν, ΕὐϜετ*E*ρίς*. Vix autem Ionica litteratura recipi coepta erat, cum pro E priore scribi solet EI; e. gr. *ΕὐϜετειρίς* 993. In titulis eis, qui mixtum genus scripturae ostendunt, vetus *ē* deprehenditur expressum more et antiquiore et recentiore; velut in tit. 2427 *Μέννει, -κράτεις, Ἱσμεινοτέλεις* comparent iuxta *Πτωῐλλ*E*, Ἱπποκύδ*E*ς, Εὐρωμοκλ*E*ς, Ἀνδώρ*E*τος*. Tertia quadam scriptura Boeoti rarius videntur usi esse: in titulo 2456 pervetusto *Ἀγ*Ⱶ*μόνδας*[2]) occurrit. Litteram Ⱶ eandem esse atque eam, quam Osci usurpant ad sonum qui inter *e* et *i* intercedit

---

1) Titulum 4249 omitto, quod de origine Boeotica valde dubitatur. Cf. quae exposuit Fränkel in Mus. Rhen. 56. 423 sqq.

2) Cf. *Ἀγημώνδας* tituli Tanagraei REG 12. 73 64.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

exprimendum, Dittenberger in commentario titulo 1888 adiuncto summa cum probabilitate coniecit.

Ex eis quae modo exposui sequitur, ut vetus $\bar{e}$ in sermone Boeotorum iam saeculo sexto — ei enim aetati titulum 2456 attribuerim — is sonus factus sit, qui inter $\bar{e}$ et $\bar{\imath}$ intercedebat. Ac Boeoti, cum Ionice scribere coeperunt, non parem esse sentiebant eum sonum, quem Iones H scribebant, ei, quem ipsi E illo exprimere soliti erant; qua in difficultate eam viam invenerunt, ut neque E neque H amplexi eorum sonorum, inter quos $\bar{e}$ Boeotice pronuntiatum medius erat, notas coniungerent. Quod in nummis temporibus etiam recentioribus ΘΕ*βαίων* reperitur (CGC 67 sqq.), nihil ad rem: quippe nummorum inscriptionibus priscam scripturam non raro diutissime conservari constat.

Post receptam Ionicam litteraturam ΕΙ Boeoti scripserunt usque ad infima dialecti tempora. Quod ut demonstrem, ex eis Thebanorum titulis, quorum aetates possunt definiri, paucos deligo.

Intra annos 355 et 346 exaratus est titulus 2418. Semper *ει* exstat:

πρισγεῖες, Ἀνακτοριεῖες, ὀγδοείκοντα, Εἰροτίμω, Εἰραίωνος, στατεῖρος.

Initio saeculi tertii tribuendus est tit. 2463. Habes

Πτωΐλλεις, Τιμοκλεῖς, Ἱσμεινίας.

Priori tertii saeculi dimidio debentur 2419. 2428—2432. 2471, quorum in hoc sunt

Ἀριστοτέλεις ὁ πατείρ, μάτειρ, ἐπόεισεν.

Post a. 250 cadunt 2433. 2434. 2435, quorum in primo legitur

Ἀγείσιππος, Νυμεινίω, Κράτεις, Ἰατροκλεῖς, Φιλιππεῖες.

Una tamen est exceptio, quam consulto adhuc praeterii: dico tituli 2429

Διωνύσιος Ἡρακλείδαο.

Ne in uno quidem nomine cui nomen Herculis subest, *ει* scribitur, neque Thebis neque in reliqua Boeotia, quod rectissime monuit Meister (1. 201). Manifestum est veritos esse Boeotos laedere nomen Herculis, quem ut deum quantum venerati sint,

vel inde perspexeris, quod omnes fere urbes Boeotiae Herculis fano erant ornatae.[1])

Ut Thebis, item Tanagrae in ceterisque civitatibus Boeotiae ubique *ει* exstat. Quibus in vocabulis *η*, non *ει* scribitur, ea Boeotico sermoni abiudicanda sunt.

Hic ponimus vocem *ἔφηβος*. In titulis Acraephiensibus enim eis quibus Dittenberger numeros 2715—2724 *c* adscripsit, semper *ει* comparet, excepto cum nomine *Ἡροδώρω* 2724 *b* 3 (variis rationibus expediri potest) tum forma *ἐφήβων*. Quorum titulorum veterrimi sub a. 300 exarati sunt. Cum non adduci possim ut in hac una voce, si modo fuisset vere Boeotica, Boeotos credam *η* volgare scripturos fuisse, efficitur ut vocem *ἔφηβος* Boeotis ex alia quadam Graeciae regione[2]) affluxisse statuam. Quod inter eos titulos quos edidit Perdrizet BCH 23. 193 sqq., quattuor *ἐφείβων* offerunt (III 6, V 22, VI 5, VII 16), cum ceteri *η* retineant, illi peregrinam vocem Boeotice transferre sunt conati.

In titulo Lebadensi 3055 sub a. 350 inciso *θησαυρόν* (v. 13) comparet. Sed ista inscriptio rebus peregrinis est referta.

Sub saeculi tertii finem vocalis ex vetere *ē* orta item atque *ī* sonuit. Quod apparet e titulo Thespiensi BCH 21. 554 sqq. edito, qui ter *παρεῖς* (v. 40. 43. 45), semel *παρῖς* (v. 48) praebet nec non *Τῖρος* nomen proprium (v. 37), quod mihi ut Meistero[3]) cum *Εὐτηρίδας*, *Τήρης*, *Τηρίας*, *Τήριλλος* coniungendum videtur. Eadem scripturae inconstantia titulus Lebadensis est 3081, qui saeculo insequente incisus est: [*Φιλλ*]*ὼ* *Νιομινίω*, *παριόντος* [*αὐτῆ* *κὴ* *τ*]*ῶ* *ουἱῶ* *Νιομεινίω* ...... (v. 1).[4]) Tertium exemplum hoc loco nulli momenti est, *ἱερι*-(*τε*)*ύοντος*[5]) dico tituli Chaeronensis 3392; recte enim Ditten-

1) Cf. Ed. Meyer, Gesch. d. Altertums 2. 255.

2) Ex Attica eam manasse in promptu est.

3) Sitzungsber. der K. Sächs. Gesellsch. d. Wissensch. 1899. 146.

4) Cave putaveris vocalem vocis *ἴχω*, cuius declinationes in *ποθίχων* 3083 20, *ποθίχοντα* 3080 3, 3350 4, *ποθείχοντι* 3349 5 habes, eodem spectare: dissuadet Corinthiorum *ἴχομες* (Coll. 3119 *i*), Stiriorum *τοὺς ἐνιχομένους* (IGS III nr. 32 17).

5) Cf. *ἱερητεύκατι* IGS III nr. 32 40.

berger monet huius tituli tres priores versus aetate recentiore incisos esse quam posteriores, et recentissima quidem aetate, qua ceteri quoque Graeci ī pro ē et pronuntiabant et scribebant.

§ 66. De ē producto.

In titulo illo Orchomenio 3172 vox *χείλιοι* scribitur septies nota diphthongi, semel (*ὀκτακισχιλίας* v. 118) littera *ι*. Constat titulum inter annos 222 et 200 exaratum esse. Cui aetati suppares sunt titt. 4260. 4261, eodem anno incisi; utrique idem praescribitur archon, qui in hoc vocatur *Παμπείριχος*, in illo *Παμπίριχος*. Alteri saeculo tituli tribuendi sunt 3322. 3325, qui *παραμίναντας*, *παρμῖναν* ostendunt. Videmus *e* productum eadem aetate, qua ē vetus, ad pronuntiationem ī pervenisse.

§ 67. De ē contractione orto.

Ea vocalis quae duorum *e* concursu efficitur, litteratura Ionica recepta a Boeotis eadem ratione scribi solet qua ē vetus. Habes e. g. *προστατεῖμεν* 1780 15, *χρειεῖσθη* 3169 8, *Δαμοκλεῖος* 2714 5. Sub finem saeculi tertii *ι* scribi coeptum est. Conferas velim

τρῖς 2420 (ter), 3172 101, 3193 3. 4, BCH 21. 555 31;
λειτωργῖμεν 3083 24;
Διοκλῖος 4128 2; *Καλλικλῖος* 3365 2.

§ 68. De diphthongo ēi.

Veteres diphthongi āi, ōi quidnam Boeotice factae sint, quaerere desistet is qui exempla deficere mecum meminerit. Contra de soni ēi mutationibus certiores fimus coniunctivis: ēi plane commixtum in eandemque formam redactum esse atque ē, id est pronuntiatione Boeotica *ει* factum esse utrumque. Cuius rei ad exempla provoco Thespiensia:

1739 7 *ὥστινάς κα δοκιμάδδει*;
1739 10 *ἠ δέ κά τις .... καθιστάει*;
1739 14 *κὴ ὅσοι κα μῖον εὕρει*;
1780 10 *ἐπὶ δέ τί κα πάθει*;
1780 16 *ὅπως βεβεία εἶ*;
1780 18 *ἐπὶ δέ κα τελευτάσει*, multaque alia.

Quod *ei* in titulo vergentis saeculi tertii nescio quo modo littera ⊦ expressum est: 3172 68. Num is qui incidit libidine quadam adductus est, ut resuscitaret prisca?

§ 69. De vetere diphthongo *ει*.

Tituli domesticae litteraturae perraro EI suppeditant, scriptura I principatum obtinet, semel exstat illud ⊦, de quo iam ante verba fecimus. Haec exempla collegi:

ἀμείνων: *Ἐπ[ὶ Ἀ]μεινοκλείαε* 590, *Ἀμινοκλέεις* 585 III 8, *Ἀμινομένεις* 1888 *c* 4, *Ἀμινάδαο* 2427 10[1]);
γείτων: *Ἀθανογιτίς* 613, *Ἀριστογίτα* 3505, *Διογίτα* 3620, *Διογίτων* 3577, 3621, *Εὐγιτονίδα* 3508, *Καλλιγίτα* BCH 18. 501 nr. 31, *Καλλιγίτων* 3235;
εἰδο-: *Ποτειδάονος* *Ἐφ.* 1899. 64.
πειθε, πεισι: *Πίθαρχος* 585 I 13, *Πισιδίκα* 655, *Πισιδωρίδας* 2895;
τεισι-: *Τ⊦σιμένεις*[2]) 1888 *b* 9.

Novum exemplum scripturae EI nescio an nomine *Ἐροτεῖο[ς]* 3507 se offerat, quod cum *ἔροτις*[3]) eadem ratione coniunctum esse existimaverim qua *Ϝαλεῖος* cum *Ϝᾶλις*.[4])

Ex eis exemplis intellegitur Boeotos iam ante litteraturam Ionicam receptam non *ei* sed eum sonum pronuntiavisse, qui ab *ī* non multum discederet. Eum, qui titulum 1888 incidit (id quod anno 424 a. Chr. factum esse veri est simillimum), aliquantulum discriminis percepisse, inde concludimus, quod *Τισιμένεις* (et fortasse *Ἀμινομένεις* Dittenbergero auctore) littera ⊦, *Πολυτιμίδας*, *Πολύνικος*, *Κρινόλαος*, *Καφισῖνος*, *Σφρίγων* littera I distinxit. Inde ab anno 400 progenies veteris *ei* ab *ī* differre desiit.[5]) Perlustremur e. gr. adiectiva patronymica tituli 537 saeculo quarto aut tertio exarati, ea quidem,

---

1) Hoc in titulo duo scripturae genera miscentur.

2) Ex huius nominis scriptura apparet errare eos, qui verbo *τείω* non *ει*, sed *ī* inesse volunt (cf. Bechtel in Roberti Studien zur Ilias 280).

3) Eust. 1908, 53 ad *ἑορτή*: *Αἰολεῖς δὲ προπαροξυτόνως καὶ κατὰ μετάθεσιν ἔροτιν ὡς ἀπὸ εὐθείας τῆς ἡ ἔροτις* (Ahrens Diall. 1. 159).

4) *[δ]οκεῖ* 1875 ut e *δοκέει* contractum ab hoc loco alienum est.

5) Mansit *ει* in *Ποτειδάονι* 2465 ut in nomine dei.

quae a stirpibus in -*o* descendunt. Ad unum omnia in -*ιος* cadunt, quod tituli Lesbiorum Thessalorumque ex -*ειος* effectum esse docent: *Ἀνδρομάχιος*, *Διοδώριος*, *Μεγαλίνιος*, *Θιοτίμιος*, *Σαγυθίνιος*, *Πολυξένιος*, *Θιαγγέλιος*, *Πολυμνάστιος*, *Εὐκολίνιος*. Sequitur ut post receptam litteraturam Ionicam ubicumque scriptura *ει* comparet, eam a Boeotico sermone dissentire sit statuendum.

§ 70. De *ει* exstinctis consonis intermediis orto.

Quoniam superiore paragrapho de sonis *e* et *i* antiquitus in diphthongum coniunctis dixi, nunc recordandum est, alioquin eo demum coisse *e* et *i*, quod *s* aut *v* consonae intermediae evanèscebant. Atque triplicem quidem scribendi rationem videmus in domesticae litteraturae titulis adhibitam eandem, quae modo exemplorum veteris *ει* propria cognoscebatur: ΕΙ, Ͱ, Ε. Quod ita demonstraturus sum, ut cum eis, qui legunt, voces communicem eas, quarum *ei* ex *esi* profectum est.

-*αλκης*: [*Ἐπ'*] *Ἀνφάλκει* 591;
γένος: *Ἀντιγενͱδας* 1888 *h* 7, *Θεαγένια* 2891;
θάλος: [*Δα*]*μοθάλεια* 1909;
κράτος: *Ἐπὶ Καλλικράτει* 2739;
μῆδος: *Εὐμηδͱδας* 1888 *i* 3;
σθένος: [*Κ*]*λεεσθένεια* 1928;
τέλος: *Εὐτέλια* 628, *Θιοτέ*(*λ*)*ια* 632.

Quamquam hoc *ei* diutius mansisse videtur quam *ei* vetus, tamen non potest dubitari, quin altera parte saeculi a. Chr. n. quinti a diphthongi progenie non iam fuerit diversum: nam eidem lapicidae, qui *Τͱσιμένεις* scripsit, *Ἀντιγενͱδας* et *Εὐμηδͱδας* debentur. Deinde vocalis quae inter *ei* et *ī* intercedebat, plane in *ī* abiit; quod iam ante receptam litteraturam Ionicam factum esse discimus scripturis *Εὐτέλια*, *Θιοτέλια*.

At permulta et mulierum nomina et adiectiva patronymica a stirpibus in -*s* descendunt ea, quae in titulis inde a parte saeculi quarti priore exaratis non cadunt in *ια*, *ιος* (*ία*), sed in *εια*, *ειος*. Nam etsi eae formae, quas tum exspectes, non desunt (cf. *Ἐπιχάρια* 3155, *Διοφάνιος* 537 *a* 12), tamen numerus

earum, quas mirere, tantus est, ut paulisper suspexerit quispiam nos de aetate ea, qua hoc *ei* confluxerit cum *ī*, non recte iudicasse. Occurrunt enim exempla haec:

Ann. 400—350: *Θιογένειος* 2427 17;

Ann. 312—304: [*Ἀντ*]*ιγ*[*ενει*]*ίω*, *Ἀ*[*ὐ*]*τομειδε*[*ιί*]*ω* 2723 1. 2; *Ἐπικουδείω*, *Ἀριστοκρατείω* 2724 *a* 3, 2724 1. 5;

Saec. IV aut III: *Ἱαροτέλειος*, *Ϝοικοσθένει*[*ος*] 537 *a* 14, *b* 6; *Διοφάνειος* 2429 11; *Τειλεφάνειος*, *Φιλοκράτειος* 2431 10. 12; *Τιμοκράτεια*, *Πτωΐλλεια* 1815;

Ann. 300—250: *Θιοκουδείω*, *Λακράτειος*, *Ἀνδροτέλειος*, *Φιλοκράτειος* 3175 5. 15. 46. 47; *Ἀντιγένειος* 1747 7;

Ann. 250—200: *Πεδαγενεία* 1832; *Σαυκρατείω* 3087 3. 4; *Μνασιγενείω* 3166 2.

Sed re vera minime everti legem his exemplis iam intellexit Meister (1. 224). Is vir doctus, cum suo iure negaret vocalem *ει*, qua *Θιογένειος* cett. insignia sunt, ex antiquis temporibus retentam esse, eam expediendi viam iniit, ut hoc *ει* ex patronymicis in *-κλεῖος* statueret translatum esse in ceterarum stirpium sigmaticarum patronymica, qua in re ad scripturas *Ἀντιγενειίω*, *Αὐτομειδειίω* provocavit, quorum exemplar *Φιλοκλειίω* 3180 12 fuisse veri simillimum est. At ego quidem, quamquam patronymica in *-κλεῖος* cum patronymicis ceterarum stirpium eiusdem declinationis arctis vinculis cohaerere non nego, tamen suspicari maluerim nomina mulierum in *εια* et patronymica in *ειος* vocalem *ει* mutuata esse a nominativis nominum virorum, id est a nominativis in *-γένεις*, *-κράτεις*, *-κύδεις*, *-μείδεις*, *-σθένεις*, *-τέλεις*, *-φάνεις*. Sed utut res se habet: hoc certissimum est formam *Διοφάνιος*, quae comparet in titulo 537, antiquiorem esse quam *Διοφάνειος* tituli 2429.

§ 71. De diphthongo *oi*.

Diphthongus *oi* tempore satis remoto ita mutata est, ut altera pars ad sonum *e* vergeret. Argumento sunt tituli quidam saeculi quinti, in quibus non raro adhibita est scriptura ΟΕ pro ΟΙ:

Tanagrae:

Διωνύσοε 550; *Μοέ(ρ)ιχος*, *Ἀρισστόϑοενος*, *Κοέρανος*, *Χοέριλος* 585 I 6. 7, IV 1. 11; *Ἐπὶ Fhεκαδάμοε* 593; *Ἐπὶ Πολυαράτοε* 599; [*Ἐπὶ* . . .]*χοε* 611.

Thebis:

Τοε̃ Καβίροι 3917.

Plataeis:

Ἐπὶ Δαμαενέτοε 1689.

Reliquis in oppidis eadem scriptura quin cognita fuerit, non debet dubitari. De Acraephia etiam certius quam de ceteris statui potest res; ibi enim cum AE scriptum inveniamus, OE quoque exstitisse veri est simillimum. Scriptura quidem Tanagraeorum multo magis propria quam ceterarum civitatium est. At pronuntiasse *οε*[1]) omnes Boeotos saeculi V parte altera cum aliunde tum hinc est statuendum, quod tertio saeculo pronuntiatio in *ü* conversa exstat.

Litteratura Ionica recepta Boeoti aliquamdiu OI scribunt; sub medium saeculum tertium Y iuxta OI usurpare incipiunt, quod Y sub finem saeculi obtinet principatum. Percenseamus titulos Orchomenios aetate definita incisos:

Ann. 329: 3206 semper *οι*.

Circ. ann. 290: 3175 itidem.

Sub. ann. 250: 3191 *τοιί*, *Μυρίχιος*, 3192 *τυί*.

Ann 240—230: 3174 *Βοιωτῦς*, *Ἐρχομενίυς*, *τῦς πολεμάρχυς*, *τυί*, *Μυρίχω*.

Sub ann. 220: 3193 *Εὐχώροι*, *Ἀϑανοδώροι*, *Πεδάλλοι*, *Νικάρχοι* — *Θιουτίμυ*, *Ξενοτίμυ* bis, *Πισιμείλυ*; *χάλκιοι ὀβολοί* dialecto volgari debentur.

Ann. 222—205: 3166 *τοῖ δάμοι*, *ἐγγόνοις* — *αὐτῦ* bis, *Fυκίας*, *προξένυς*.

Ann. 222—200: 3171 semper *υ*, 3172 *οι* saepius quam *υ*.

Sub ann. 200: 3169 semper *υ*.

---

1) Cum Boeotorum diphthongis *αε*, *οε* Blassius apte Oscorum AH, VH confert (Ausspr.[3] 56). Ceterum scripturae AE et OE intra Boeotorum fines non coercentur; cf. Kretschmer, Die griech. Vaseninschr. 33. 126. 128 et Jahreshefte des österr. arch. Instit. 3. 134.

Si iam quinti saeculi pronuntiationem non *οἰ*, sed alium quendam sonum fuisse intellexeris, quem Boeoti signis OE exprimebant, certe OI illud scripturae Ionicae non nisi prioris orthographiae memoriae deberi facile concedes; eius, quam receperunt, litteraturae quonam signo sonum sermonis sui proprium melius exprimerent homines quam diphthongi nota, non inveniebant.

Consentiunt tituli civitatis Boeoticae cuiuslibet; Acraephienses adsumamus:

Ann. 400—350: 4155 *Πτωΐοι.*
Ann. 312—304: 2724 *b* semper *οι.*
Sub ann. 300: 2723. 2724 *a* semper *οι.*
Sub ann. 250: 2715 *τυΐ*; 2716 *Βοιωτοῖς*, *Θοινάρχω*, *Θοινίων* — *τυΐ*; 2717 [*Βοιω*]*τοῖς* — *τυΐ*; 2719—2721 semper *υ*; 4156 *Πτωΐυ.*

Apparet sonum illum quem in quinti saeculi titulis OE scriptum supra vidimus, eum tertio saec. in sonum abiisse novum, qui ab Atticorum *ü* aut paulo aut omnino nihil discederet. Quam ob rem Boeoti medio saeculo tertio Y pro OI scribere coeperunt; id quod eo magis eis licebat, quia inde a medio saeculo quarto *u* vetus non littera Y sed OY coeperant exprimere.

Neque vero sonus *ü* ex diphthongo *οἰ* profectus perstitit immutatus. Altero enim a. Chr. n. saeculo non modo Y, sed etiam EI scripserunt. Recordare quaeso manumissiones Chaeronenses 3301—3406, quas Dittenberger „propter miram dialecti varietatem“ eius aetatis esse censuit. Habemus e. gr. in tit. 3303 *τῦ Σαράπι*, *ἀσαυτῦ*, *τῦ ταμίῃ*, 3348 *τῦ Σαράπι*, *ἀσαυτῦ*, *τῦς γονέϋς*, sed persaepe *τεῖ Σεράπει*, *τεῖ Σαράπει*, alia, velut in tit. 3356 *τεῖ Σεράπει*, *αὐτεῖς*, *ποιούμενει*, utramque praeterea scripturam 3313 *ὗ*, *τεῖ Σαράπει.* Ei aetati suppares sunt tituli Lebadenses 3080—3083; quorum in primo legimus *τῦ Δὶ τεῖ Βασιλεῖ κὴ τεῖ Τρεφωνίει*, *μείτε αὐτεῖ Σάωνι μείτε ἄλλει μειθενί*, *τύ τε ἱαρεῖες κὴ τε*[*ὶ ἱα*]*ράρχη τὺ ἧϊ ἀντιτιουνχάνοντες*, in postremo *Βοιωτῦς*, *τῦ Δὶ τῦ Βασιλεῖι καὶ τῦ Τρεφωνίυ*, *εἴσι* (id est *οἴσει*).

Cuius pronuntiationis fuerit nova ista diphthongi progenies, non perspicio. Nam quod viri docti sibi persuaserunt Boeotos saeculo altero ī pro ü pronuntiasse, id a me ut credam ideo impetrare non queo, quod res si ita se haberet, summe mirum esset, cur scripturae I pro EI ne vestigium quidem deprehenderetur. Quippe sonum e vetere ē profectum sub finem saec. tertii constat modo EI, modo I scriptum esse: cur tandem Boeoti, si modo saeculo altero *i* pro *ü* pronuntiabant, in scriptura EI adeo persisterent, cur ne semel quidem EI cum I commutarent? Sequitur ut sono *i* admixtum aliquid fuerit, quod accurate definire non possumus.

Illud addo, diphthongum vocis *Βοιωτός* ubique scriptura retineri, uno titulo excepto: *Βυωτῶν* 2864 iuxta *αὐτῦς* et *τοῖ*. Congruit scribendi ratio ea qua Boeoti usi sunt in nummis (CGC 35 sqq.).

§ 72. De diphthongo *αι*.

Eodem modo quo *οι* vetus in quinti saeculi sermone Boeotico cedit sono ei, quem lapicidae non raro litteris OE exprimebant, *αι* vetus mutatur in sonum eum, qui in eiusdem saeculi titulis nonnumquam AE scribitur. Haec collegi exempla:

Tanagrae:

Αἐσχρώνδας Αἐγίτ[αο][1]) 550; *Ἀβαεόδωρος* et *Ϝεργαένετος* 585 I 10, III 5; *Ἐ[πὶ Ἀ]μεινοκλείαε* 590; *Ἐπὶ Λυσανίαε* 596; *Ἐπὶ Πραύχαε* 600; *Ἐπὶ Πυλιμιάδαε* 602; *Ἐπὶ Ὠκίβαε*(?) 606; *Ἀβαεόδωρος* 612; *ΕὐϜαεν[έ]τα* 3510; *Μαρυταέα εἰμί* Ἐφ. 1896. 244.

Plataeis:

ταε̃ Δάματρι 1671; *Ἐπὶ Δαμαενέτοε* 1689.

Acraephiae:

Λαε̃σος[2]) BCH 22. 254 nr. 11.

---

1) Ita nomen cum Röhlio supplendum esse titulo quodam Thebano demonstratur, quem Francogalli BCH 22. 270 publici iuris fecerunt. Ibi *Αἰγίτας* scriptum est.

2) Reminiscendum est nominum *Λαίστρατος*, *Λαισθένης*, de quibus Bechtelius egit Hermes 34. 396.

Litteratura Ionica recepta Boeoti eum sonum quem antea ΑΙ et ΑΕ scripserant, littera Η coeperunt exprimere. Qua in re summi momenti est, quod titulus ille Thebanus 2427, in quo mixtum quodam genus scripturae supra cognovimus (§ 65), ter litteram Η, diphthongi notam minime praebet: *Λαμπρίηος, Τελέστηος, Ἀρίστηχμος*. Ergo sub finem saeculi quinti Boeoti non iam diphthongum pronuntiabant, sed monophthongum. Quare ΑΙ inde ab anno 400 ubicumque incisum invenimus, discrepare necesse est scripturam a Boeotia. Rei pauca exempla deligo. In nummis a Chaeronensibus intra annos 387 et 374 percussis ΧΑΙ aut ΧΑΙΡΩΝΕ legitur (Head Hist. Num. 292): de scribendi constantia, qua nummi insignes sunt, iam supra (§ 65) disputavi. Deinde quod in titulis 2407 et 2408, quos intra annos 366 et 363 conceptos esse demonstravit Köhler, semper ΑΙ scriptum est, id e monumentorum indole repeto: sunt enim plebiscita de honoribus duobus peregrinis hominibus donandis. Ac in priore quidem cum a sermone Boeotico nihil abhorreat nisi ΑΙ diphthongus, in altero non modo *καὶ* et *Αἰτώνδαο*, verum etiam *ἔγκτησιν, θάλασσαν, αὐτῶι* comparent. Res mihi ita videtur expedienda esse, ut statuamus Boeotos mero sermone uti noluisse, quo facilius decreta a popularibus eorum intellegerentur, ad quorum honores pertinebant.

Neque vero permansit is sonus, quem Η scripserunt Boeoti, sed ei sono cessit medio saeculo tertio, qui inter ē et ī versatur: post a. 250 enim ΕΙ scribere coeperunt.

Titulos Tanagraeos 504—524 medio saeculo tertio recentiores esse exposuit Dittenberger in commentariolo inscriptioni 524 adiuncto. Eiusdem aetatis plebiscitum est 531. In eis titulis sexies (510. 511. 512. 522. 523. 531) habes *Ταναγρείων*, semel *Ἀθανεῖον* 531. Ceterarum vocum retinetur *η*: *δεδόχθη* et *κή* 510. 511, *προξενίη, ἑσκηδεκάτη, κή, εὐεργέτης* 522.

Thebanus titulus est BCH 23. 588 sq., quem ne altius post medium tertium saeculum detrudas, dissuadent adiectiva patronymica. Hic occurrunt *Θειβεῖν, κή, Σαμιήω, Δητολάω*.

Circa annum 200 titulus Thespiensis 1780 conceptus est, cuius versu 16 *βεβεία* praebetur.

Paulo recentior inscriptio est Acraephiensis, quam Perdrizet BCH 23. 92 edidit. Quo in titulo, cum in ceteris vocibus *η* retineatur, *Ἀϑηνεῖον* et *Ῥωμεῖον* scriptum invenimus.

Initio saeculi primi tabulam Orchomeniam 3195 tribuit Dittenberger. Huius quoque tituli ethnicis *Ἀϑανεῖος*, *Θειβεῖος* *ει* pro vetustiore *η* praebetur.

Omnium quae collegi exemplorum *ει* ante vocalem positum est, neque ullum memini exemplum, cuius *ει* aut consona excipiatur aut vocem terminet. Mero casui nemo est qui tribuere conetur. Profitendum est igitur non omnia *ē* in novum sonum abiisse, sed ea tantum, quae vocalis subsequeretur.[1])

Quo tempore EI pro H scribere coeperunt Boeoti, vice versa nonnumquam H pro EI posuerunt. Haec exempla inveni:

ἦμεν 512 3, 523 3 (*εἶμεν* 523 6), 524 3 (*εἶμεν* 524 4); in eisdem titulis *Ταναγρείων* deprehendimus;

τῆ βηλομένη REG 12. 69 18 (sub finem saec. III)[2]);

ἀπήνιξεν 1737 11 (intra annos 229 et 200); contra *εἴνιξαν* 2418 24 (circa a. 350);

Βιούτη (exspectaveris *Βιόττει*) 1753 6.

Confunduntur igitur scripturae eius soni qui ex *ē*, et vetere et productione aut contractione orto, profectus est, atque eius, quem ante vocales ex diphthongi *αι* progenie factum esse modo perspeximus. Neque vero mira ea est confusio: nam ut illum sonum antiquitus inter *ē* et *ī* versatum esse certissimum est, ita hunc medio saeculo tertio et ipsum inter *ē* et *ī* intercessisse facere non possumus quin suspicemur. Quare hic sonus cum scribi inciperet ratione duplici, facile poterat fieri, ut ille eadem duplici ratione exprimeretur.

§ 73. De sono *u*.

Littera Y scriptura domestica apud Boeotos earundem stirpium est, quarum Attice; postea OY quoque scribi coeptum

---

1) Sequitur, ut *εἰ* tituli Lebadensis 3081 4 e lingua volgari irrepsisse statuamus.

2) In eo titulo persaepe H invenitur, ubi EI exspectas: 69 6 *ἤ*, 9 *κατασκευασϑείη*, 10 *φήνητη* (= *φαίνηται*) cett.

pervicit saeculo fere tertio. Inde viri docti iam dudum collegerunt *υ* Boeoticum antiquitus non *ü*, sed *u* pronuntiatum esse.

Y quidem quod ante receptam litteraturam Ionicam pro sono *u* scriptum est, satis habeo exemplorum commonefacere tituli 1888 anno 424 compositi, cuius litteratura inter utrumque scribendi genus quodammodo intercedit. Hic habes *Πυθίας*, *Πυθόδωρος*, *Φρῦνος*, *Πολύδδαλος*, *Δρᾶπυς*, *Κόκκυψ* in *a*, *Πολυκλίεις*, *Πολυτιμίδας*, *Πυθόδωρος*, *Πολύνικος*, *πυθιόνικα*, *ὀλυμπιονίκα* in *b*, idemque Y redit per omnes tituli ordines.

Inscriptiones Ionicae litteraturae aetate definita hoc demonstrant:

Anno fere 350:

3055 semel *Πουθόνικος Ταναγρῆος Φιλοκράτειος*, bis *Πυθόνικος Φιλοκράτειος Ταναγρῆος*.

Anno 329:

3206 *Πουρρίνιος*, *Σιμού*[*λιος*], *Φαούλλιος* — *Διωνύσιος*, [*Πολ*]*υξένιος*, *Εὐρυφαόντιος*, *Ὀλυμπίχιος*, *Εὐρυβωτάδας*.

Intra annos 312—304:

2723 *Πούθωνος* — *Ϝαστυμειδοντίω*, *Γρυλίωνος*, *Ὀνυμάστω*.

2724 *Ἐπικουδείω*, *Ὀνουμάστω* — *Εὐωνυμοδώρω Πυθορμίω*, *Φορυσκίω*.

Sub ann. 300:

2429 semper *υ*.

2430 [*Φρο*]*υνίσκος* — *Λύσιππος*, *Ὑπατόδωρος*.

2431 *Πουθόδωρος* — *Ὀλυμπιάδας*, *Λύκιος*, *Πολυχάρεις*, *Εὐρυφαόντιος*, *Ῥυῖσκος*, *Ὑπατίας*, *Πολύδωρος*.

Intra a. 290 et 280:

3175 *Θιοκουδείω*, *Πουθίας*, *Πούθων*, *Πουθόδωρος*, *Πολουξένιος*, *Εὔθουμος*, *Πουθόνικος* — *Πολυρείτω*, *Θρασύλαος*, *Ὀλυμπίχιος* bis, *Εὐρύλοχος*, *Μύρτων*, *Ἰθυκράτεις*, *Λυκίνιος*, *Δυνάτιος*. — In eodem titulo semel *ιου* (*Διωνιούσιος*) et semel *ο* (*Σομφόρω*) habes.

Hic ad tempus consistamus. Exempla docuerunt de soni *u* pronuntiatione non esse dubitandum. Nihilo minus multo saepius Υ quam ΟΥ scribitur per totum saeculum quartum usque in tertii partem priorem. Optime convenit quod eodem tempore diphthongum *οι* veterem pronuntiari quidem *ü*, scribi tamen multo saepius ΟΙ quam Υ cognovimus. Quanto magis igitur deficit scriptura Υ pro *u*, tanto saepius litteram Υ in locum scripturae ΟΙ videmus succedentem. Quod Ο occurrit, idem testimonium est pronuntiationis *u*. De scriptura ΙΟΥ infra disputabo.

Iam titulos perlustrari pergamus.

Ante a. 250, sed non iam sine dialecto volgari:

2781 *Διωνουσίχιος*, *Πουρρίχιος*, *᾿Αργουνίων* — *Πολυκριτίω*.

Videmus ΟΥ scripturam crescere.

Ann. 240—230:

3174 *Διωνουσίω*, *᾿Οξούμαχος Λούκωνος*, *Μούρωνος* — *Λιουσίας*, *᾿Ολιουνπίωνος*.

4172 *Πολυκλεῖς*, *Τύχων*.

Ann. 220—200:

3172 *σουν-*, *Διωνουσίω*, *οὔπερ-*, *ἀργουρίω*, *μουρίας*, *ἐγγούως*, *ἄκουρυ*, *᾿Ιθούδικος*, *κούριον*, *οὐπαρχώση*, *τεθμοφούλακες* — *διούο*, *᾿Ιθιούδικος*, *Θιουΐω*, *Διουκίσκω*, *Διουσιφάντω*, *Πολιουκρίτω*, *ὄνιουμα*. Quae scripturarum ΟΥ et ΙΟΥ exempla omnia fere ter aut quater redeunt forma eadem. At idem titulus praebet *ἄκουρύ νυ ἔνθω* in parte *B* (v. 88), *Πολυκράτιος* in *D* et *F* (102. 155), *ὑπεραμερίη* ter et *σύγγραφον* in *E* (115. 123. 133. 120), *μυρίας* in *F* (154), *ἐγγύω* et *Συννόμω* in *G* (163).

Huius tituli partes non eadem singulae aetate sunt incisae. Ac partes *A*—*C* quidem praeter vocem *νυ* dialectice non nisi ΟΥ vel ΙΟΥ habent, quae intra versus sexaginta fere non minus tricies sexies exstant; duo illorum exemplorum praeterea inveniuntur in parte *A* ceteroquin volgari. Exceptiones igitur non fere sunt nisi partium *E*—*G*, ubi nihilominus propemodum evanescunt inter ΟΥ et ΙΟΥ, summum in parte *E* monstrant

numerum; sed ibidem illic maior est quam in reliquo titulo (excepta parte *A* scilicet) numerus vocum dialecti volgaris vel potius vocum dialecti item volgaris. Nam volgare est Υ partis eius *E* ita, ut ΟΙ quoque eodem tempore volgare penetrare supra vidimus (§ 71) pro sono *ü*. Ut vero ΟΙ illud volgare pronuntiabatur *oi*, item Υ volgare *ü* pronuntiandum est. Contra Υ illud vetustius in Boeotia *u* pronuntiatum erat, deinde evanuit sensim, cum ΟΥ pro *u* scriberetur eodem tempore quo *ü* illud Boeoticum ex *oi* profectum littera Υ expressum est. Quam divisionem sub a. 220 factam esse exemplo modo allato aliisque confirmatur. Videlicet per totum saec. IV fieri poterat praeterea, ut etiam *υ* volgare hic illic immisceretur linguae. Attamen quam rarum *υ* illud volgare fuerit ante annum fere 215, vel inde apparet, quod ab anno fere 235—215 fere semper ΟΥ et ΙΟΥ, vix unquam Υ scriptum videmus.

Ad rem accuratius illustrandam nunc titulos Hyettios anno 250 recentiores proferam hos:

Ann. 250—246:

2829 *Πουθόδωρος* bis — *Πολιουκλίδαο*, *Πολιουξένιος*, *Διωνιουσοδώρω*.

2809 *Θρασουλάω*, *Θρασουλαΐδαο*, *Εὐθούτιμος*, *Γοργούλος* — *Τιούχα*, *Πολιουκλίδαο*.

2817 *Διωνιουσίω* — *Θρασυλάω*.

Ann. 240—210:

2830 *Πιθούλλω*, *Ἀμουνίαο* — *Πολιούξενος*.

2831 *Λούσωνος* — *Διωνιουσόδωρος*.

2818 *Βραχούλλεις*, *Πουρρίας*, *Πούθων* — *Πολιουχάριος*, *Πολιουκλίδας*, *Πολιουκλίδαο*, *Ἰθιούλλιος*.

2824 *Πολούρειτος*, *Ἀμουνίαο* — *Διωνιουσοδώρω*.

Ann. 214 vel paulo post:

2822 *Θρασουλαΐδαο*, *Μουκρίνω*, *Ἀμουνίαο*, *Ἀμουνίας*, *Πουθόδωρος* — *Πολιουκλεῖος*, *Ἰθιούλλιος* — *Θυμάριος*.

2827 *Μουκρῖνος* — *Διωνιουσοδώρω* ter, *Πολιουκλίδαο* — *Ἀμονίαο*.

Non multo post 213:

2825 *Κουδίππω*, *Πούθων*.

2826 *Πουθογένιος* — *Πολιουμείλω*.

Divisio illa litterarum sub annum fere 220 firmissima fuit, adscribenda est ei temporis spatio, quod annis fere 235—215 continetur; quo serius vel prius abinde decedimus, eo minus est dilucida. Neque legem accurate definitam valere unam atque eandem post vel antea in singulis titulis Boeoticis quisquam exspectabit.

De scripturis ΟΥ, ΙΟΥ, Ο in eis quae antecedunt ita verba fecimus, ut quaerere adhuc neglexerimus, utrum sonos significarent eundem an diversos. Atque Ο quidem ab ΟΥ specie, non re distare pro certo cum habeam, de ΙΟΥ scriptura aliter est iudicandum.

Cuius scripturae exempla perlustrati facere non possumus, quin non nisi post *λ*, *ν*, dentales adhibitam esse animadvertamus.[1] Quod recte Meisterus docuit (Griech. Dial. 1. 283) Beermannum secutus, qui primus post *ν* et *λ* illud *ι* irrepsisse intellexerat (Curt. Stud. 9. 57). Sed hoc *u* quoque, quod vocis initio est, hic illic ΙΟΥ scriptum est: ad *ιουῖῶ* tituli Chaeronensis 3377 6 provocavit Meister. Adde quod unum innotuit exemplum, quo ΙΟΥ post sibilum praebetur: *Σιούνεσις* 1390. Videmus scripturam ΙΟΥ in usu fuisse post dentales, nasalem *ν*, liquidam *λ*, sibilum *σ*, vocabulorum initio. Numquam deprehenditur post labiales, nasalem *μ*, gutturales, liquidam *ϱ*: semper habes *Πουθο-*, *Φουσκίων*, *᾿Αμουνο-*, *Κουδο-*, *Βϱόχουλλος*, *ἄϱγουϱος*, *Εὔϱου-*: passus est sonus *u* medio saeculo tertio affectionem quandam impeditam quidem labialibus, nasali *μ*, gutturalibus, liquida *ϱ*. Perbene Beermann eandem affectionem eisdem fere condicionibus apud Oscos effectam esse monuit, cum afferret *Diumpaís*, *tiureí*, *Niumsis*; addere debuit *Siuttiis*.

Scriptura Ο raro occurrit. Praeter *Σομφόϱω* et *᾿Αμονία* haec repperi:

Tanagrae:

Πολόκλια, *Πολοξ-* 1341. 1342 (aetatis incertae).

Thespiis:

᾿Ολοντίων 2000 (aetat. inc.).

---

1) Nullo modo igitur genetivus ΤΑΠΙΟΥΟΣ, quem Perdrizet BCH 23. 197 27 legit, tolerari potest. Quid lapicida aut scripserit aut scribere voluerit, non magis enucleo quam van Gelder (Mnemos. 1901. 294).

Coroneae:

᾿Αμόντας 2909 (aet. inc.).

Lebadeae:

ὀπεραμερίας 3054 10. 13 (ib. λάδδουσθη), ὀπερδικιόνθω 3081 5 (ib. ουἱῶ, Πουθαγόρας), θοσίης 3083 25 (ib. Τούχα).

Scripturam volgarem Y sub finem saeculi III irrepere vidimus. Sed eodem signo sonum *oi* exprimere cum sensim consuevissent Boeoti eaque consuetudo paulatim abolesceret ideo, quod cum volgari dialecto signum OI redibat, errore non mirabili hoc OI quamvis raro scriptum est etiam pro vetere sono *u*. Tituli 3301 exemplum οἱῶν, quod cum ὑός tituli 3307 conferas velim, quamvis saeculi demum sit alterius, tamen ea scriptura iam saeculi tertii partis alterius est. Namque id *u*, quod post vocales ex *o* brevi demum ortum est, eadem iam aetate OI scribi in § 76 exponam. Quod si ita se habet, quin peculiare *u* eadem scriptura exprimi potuerit, non est cur dubites: quae quod mero casu e saeculo tertio conservata non est, inde nihil efficitur nisi eam fuisse perraram.

Venio nunc ad veteris *u* vicissitudines saeculi secundi. Nihil proprie novum exspectamus nisi id, volgaris *v* exempla augeri.

Ac re vera titulis e. gr. 3301—3407 rem ita fere se habere demonstratur. Habes

3301 ὄνουμα, σουνεδρίω, σουνευδοκιόντων — οἱῶν.
3302 τούχαν, σουνεδρίω.
3303 Πούριππος, γουνηκί, σουνεδρίω — γινιούμενον.
3304 σουνεδρίω — Μικόλος, Εὐφροσόναν.
3305 συνεδρίω.
3306 σουνεδρίω.
3307 σουνεδρίω — ὑός.

Similis est distributio in titulis 3308—3406. Hoc loco satis habeo commemorasse ᾿Αμονίαο 3309 1, Εὐφροσόνα 3315 3; ιουἱῶ 3377 6 iam ante attuli.

Restat ut de forma ποιούμενος verba faciam.

A praesente ποιϜέομαι quod descendit participium ποιϜεόμενος, Boeotice ποιιόμενος evaserit necesse est: quod creberrimum est in titulis. Inde formam ποιόμενος et ipsam lapicidis tritissimam non nisi scriptura distare non est quod moneam. Sed ecce tertia forma: ποιούμενος. Quaeritur quid de eius origine statuendum sit. Ac meum quidem assensum fert Guilelmus Schulze, qui ποιούμενος orthographice tantum a ποιόμενος discedere exposuerit (Quaest. ep. 45 adn. 5): ne ποιούμενος e volgari dialecto irrepsisse quis putaret, dialecto dissuaderi consulto conservata in eis titulis, quibus ποιούμενος praeberetur. Idem vir casuum terminationes prorsus Boeoticas mansisse commonuit recte. Exempla vocis collegi illius aetatis Chaeronensia. Ad ποιιόμενος (1*a*), ποιόμενος (1*b*), ποιούμενος (2*b*) accedit quarta ποιιούμενος (2*a*). Distributio haec est:

1*a*: 3302. 3309. 3313. 3334. 3348. 3377. 3379. 3397. 3398;
1*b*: 3303—3305. 3307. 3315—3317. 3339. 3349—3351. 3386;
2*a*: 3356;
2*b*: 3301. 3314. 3329. 3342. 3352. 3365.

Animadvertendum est titulos omnes aetate non nimis distare; quin etiam diversae formae saepius eiusdem sunt lapidis, ut 3301—3307. Forma ποιιούμενος Schulzio tum nondum cognita praeclarissimo est argumento recte iudicasse virum doctissimum.

§ 74. De *e* brevi.

Vocalem *e*, quam ab omnibus Graecis quondam pronuntiatam esse ore aperto defendit Blass[1]), Boeoti ediderunt labris conclusis.[2]) Nam inde a saeculo quinto *e* ante consonas positum hic illic ΕΙ scriptum exstat. Haec exempla innotuerunt adhuc:

1) Ausspr.³ 27.

2) Lucilius Sat. 322 edd. Lachmann-Vahlen:
'hoc illi factum est uni' — tenue hoc facies *i*;
'haec illei fecere' — adde *e*, ut pinguiu' fiat.
Similiter Terent. Scaurus (Keil, Gramm. Lat. VII p. 18 v. 23) *i* exile et *i* plenum commemorat. Quae recordati dicere possumus totius Graeciae *e* plenius a Boeotis tenue factum esse.

ΕὐϜειτίας[1]) 2730, Acraephiae (litt. dom.);
Ϝαστυμειδοντίω[2]) 2723 3, ibid. (312—304);
Πειρίπολος 2724 *b* 5, ibid. (312—304);
Ξεναρείτω[2]) 4157 5, ibid. (medio saec. III)[3]);
Ἀρείστωνος[4]) 3175 42, Orchomeni (ann. 290);
Κλισθείνιος, *Δαμοξείνω* 2813 4. 6, Hyetti (circ. ann. 246);
Θιόφειστος, *Θεισπιεύς* 3172 90. 92, Orchomeni (222—200);
πεποιόντειωσι BCH 21. 554 7, Thespiis (eiusdem aetatis);
Ὀφειλείμω 3068 11. 12, Lebadeae;
ἀντίθειτη 3082 3, Lebadeae.

Recte igitur fortasse *Μενεικράτης* tituli 1203 se habet.

Eadem ratione Meister alios secutus scripturam *Θεισπιεῖς* cett. expediri voluit (Dial. 1. 242). Neque nego me ipsum eandem sententiam amplexum esse, priusquam Dittenberger, praeceptor meus, me docuit longam vocalem urbis nomini inesse *(Thēspiae)*, Atticos ceterosque Graecos demum vocalem corripuisse, cum de *θέσπις*, *θεσπέσιος* cogitarent.

II. Quas mutationes vocales sonorum concursibus passae sint.

§ 75. De *e* brevis ante vocales mutationibus.

Sonus *e*, quem clausis labris a Boeotis pronuntiatum esse vidimus, ante vocales ita mutatus est, ut ad pronuntiationem *i* perveniret. Quam mutationem iam quinto saeculo perfici coeptam esse testes sunt tituli, in quibus *e* breve ante vocales positum modo E, modo EI, modo ⊢, modo I scriptum est.

Perlustremur exempla litteraturae domesticae omnia.

a) *e* = E:

Ἀμινοκλέεις, *Ϝισοκλέεις*, *Θεόζοτος* 585 III 8, IV 10, III 15 (426 a. Chr.); *Μνασιθε-* 647; *Τιμασίθεος* 662, Tanagrae.

Θεαγένεις 2563, *Θεοκτίδας* 2566; *ἀνέθεαν* *Ἐφ.* 1896. 243, Thebis.

Μογέα 3467, incertae originis.

---

1) Meister, Sitzungsb. d. S. Gesellsch. d. Wiss. 1899. 146.
2) Fick-Bechtel, Griech. Personenn.² 127.
3) *Ὀφειλέμω* 2717 13 lapicidae errore pro *Ὀφελείμω* scriptum videtur.
4) *Ἀρ⟨ε⟩ίστωνος* Dittenberger.

b) *e* = EI:

ἀνέθειαν 1671, Plataeis;

Ϝειάρινος 1919, Thespiis;

Θειογίτα 2565, Thebis;

Θειόσδοτος 2733, Acraephiae;[1])

ΘειοϜίοτος 3511, Tanagrae.

c) *e* = ⊦:

Ἀρξικλ⊦εις, Πολυκλ⊦εις, Προκλ⊦εις, Κλ⊦εγένεις in titulo Thespiensi 1888 *a* 5, *b* 2, *f* 7, *i* 1 (ann. 424 a. Chr.); verum Κρεοντίδας *f* 1;

Προκλ⊦εις 1943, Thespiis.

d) *e* = I:

Θιομνάστα 631, Θιοτέλια 632, Tanagrae;

Θιαγένια 2891, Coroneae;

Προκλίειος 3117, Lebadeae;

--νοκλίεις 3238, Orchomeni;

Εὐξίθιος 3435, Chaeroneae.

Mutationem per omnes Boeotiae urbes vigere vides. Neque quicquam interest, utrum sono *j* an *s* an *v* exstincto vocalis *e* et vocalis subsecuta inter se concurrerint: habes enim -κλίεις ex -*klevēs* ortum non minus quam Θιο- ex *dhveso*-[2]) profectum. Boeoti igitur dissentiunt a Gortyniis aliisque, quos *e* digammo exceptum retinuisse probavit Solmsen (KZ 32. 513 sqq.), consentiunt cum Metropolitanis, Cieriensibus, Pheraeis Thessaliae.

Priore saeculi quarti parte tituli 2427 (Thebanus) et 3130 (Lebadensis) incisi sunt, in quibus mixtum litteraturae genus adhibetur. In hoc Θεαγένεις occurrit, Θιογένειος in illo.

Littera ⊦, simul ac scriptura Ionica recepta est, evanuit videlicet; manent E, EI, I, ubi E, sicut iam quinto saeculo historice tantum conservatum, non iam *e* pronuntiatum esse per se ipsum apparet. EI longe rarissima est scriptura; cuius exempla in titulis saeculi quarti et tertii inveni haec:

---

1) Hic occasione oblata moneo pro KIϷOϟ tituli eius qui antecedit legendum esse KIPOϟ; cf. Κίρος, Κιρίας, Κίρων, Κιρωνίδης allata a Bechtelio, Spitznamen 48.

2) Lit. *dvãsë* (spiritus) primus contulit Ferdinandus de Saussure (Mémoire 81).

ἀνέθειαν 2724 2 (312—304; ibid. *τῶ θεῶ*);
Νικείας 1740 8 (post 250 a. Chr.);
Μενεσθένειος 1674 8 (eiusdem aetatis);
Ξενοφάνειος 2782 15 (eiusd. aet.);
Μενεκράτειος 2785 4 (eiusd. aet.; ibid. *πολεμαρχιόντων*).

Scripturarum *ἀνέθειαν*, *Νικείας* cum pauca exempla exstent, in genetivo singularis stirpium sigmaticarum scripturam *ειος* ter adhibitam invenimus. Qua de re ut recte iudicemus, maxime ea scriptura adiuvamur, qua in genetivis nominum in *-κλεῖς* usi sunt Boeoti:

Καλλικλειιος 2716 9 (post 250 a. Chr.);
Ἀμινοκλειιος, *Πατροκλε[ιι]ος*, *Ἐλευθεροκλειιος* BCH 23. 194 I 6, II 8. 18, *Ἀμινοκλειιος*, *Τιμοκλειιος* 200 VIII 2. 10. 12 (eiusdem aetatis)[1]);
Μνασικλειιος 2786 5 (eiusd. aet.).

Non dubitandum esse mihi videtur, quin lapicidae, qui adiectiva patronymica in *-κλείιος* (ex *-klevesios*) incidere didicerant, eadem scriptura uti perrexerint, cum non iam patronymica sed genetivos incidere opus esset. Nam *Καλλικλειιος*, *Ἀμινοκλειιος* ceteraque esse adiectiva patronymica, non genetivos, inde efficitur, quod ea tantum ratione litterae *ειι* expediri possunt: nam si quis contendat *ειι* idem valere atque *ει*, quaerendus est, cur numquam in titulis eisdem *πολεμαρχιιόντων* simm. emergere credat. Quodsi concesseris *Καλλικλειιος* cett. ex adiectivis patronymicis deprompta esse, facere non poteris quin de *Μενεσθένειος*, *Ξενοφάνειος*, *Μενεκράτειος*[2]) iudices similiter: scripsisse lapicidas *-ειος* in genetivis ideo, quod in adiectivis patronymicis, quae tum evanescebant, *-ειος* scribere soliti erant.

Quo modo E et I distributa essent, ut statuerem, exempla composui quae tempore definito Ionica litteratura exarata sunt Tanagraea et Thebana.

---

1) In ceteris tironum catalogis Acraephiensium a Paulo Perdrizet editis *-κλειιος* non occurrit: III 10 *Ὀνασίδαμος Ἀριστοκλεῖος*, III 12 *Ἀρχίας Ἀγαθοκλεῖος*, IV 8 *Καλλικράτεις Ἀριστοκλεῖος*, V 18 *Καλλικλεῖος Πτωϊοκλεῖος*, V 20 *Νικοκλεῖος Θέμωνος* cett.

2) *Φιλοκράτειος* tituli 3055 23. 25. 27 utrum patronymicum sit an genetivus, diiudicari nequit, etsi hoc quidem multo veri similius est.

Tanagrae:

Intra ann. 371 et 300:

552 *Κλιηνέτω, τῦς θιῦς.*

Intra ann. 222 et 205:

504 *ἰώσας*; 505 *νιομεινίη, ἰώσας, Νεαπολίτας*; 506 *ἰώσας*; 507 *Εὐξιθίω* et *ἰώσας*; 508 *Ἀνφικράτιος.*

Sub finem saec. tertii:

REG 12. 69 sqq. *ἰαόντυς, θιάς, θιῆς, Ϝέτια, νιωτέρως, ἴει, ἐκποιίωνθι, ἴωνθι, Θιοτίμω, Θιομνάστω* cett. Adversatur *Φιλλέαο.*

Thebis:

Intra ann. 366 et 363:

2407 *θεός — ἰώσας, βοιωταρχιόντων, Θίωνος*;
2408 *βοιωταρχιόντων.*

Sub ann. 300:

2430 *Θεοζότιος*;
2431 *Θιόπομπος.*

Paulo ante 250:

2428 *Θιότιμος, Θίωνος, Θιόκριτος*;
BCH 23. 587 sq. *καβιριαρχιόντων*;
2471 *Θοινέαν τοῖς θεοῖς*; artifex Cantharus Sicyonius.

Sub ann. 250:

2421 *ἱαραρχίοντος, Θιοδώρα, Θιοζότα*;
2432 *Πυθέας, Θεο--.*

Post ann. 229:

2406 *διατελίωνθι — Ἀρεοπαγῖτη.*

Sub finem saec. tertii:

2420 *καβιριαρχιόντων* ter, *Ξενοκράτιος, νιωτέρω, Τιμόλλιος, Δαϊκράτιος, ἐννία — Εὐρέα.*

Sub finem saec. tertii vel initium alterius:

2434 *Δωροθέω, Θεοτέλιος, Θεοδώρω*;
2435 *--τιος, -αγένιος — Θεόδωρος, Θεογίτων, Κλέων.*

Non minus Thebis igitur quam Tanagrae ι longe principatum obtinet. E numero exceptionum duae, ut voces non Boeoticae, censu prohibendae sunt; *Νεαπολίταν* dico et *Ἀρεοπαγῖτη*. Ceterae duas partes amplectuntur, nomina propria in

-*έας* et nomen *θεός*. Nomina in -*έας* quod a nominibus in *ίας* secernuntur non est cur miremur; *θεός* autem ad res sacras spectat, in quibus significandis veterem scripturam diutius retineri quam alibi iam saepe monui. Non igitur dubitandum est, quin mutatio vocalis *e* in *i*, quam quinto iam saeculo urbes Boeotiae intrasse certissimis argumentis demonstravimus, sub annum 400 perfecta sit.

Otto Hoffmann, cum eandem mutationem in oppidis quibusdam Thessaliae vigere animadverteret, initia eius affectionis e priscis illis temporibus repetivit, quorum memoriam Thucydidis aetate nondum deletam esse supra (in § 15) perspeximus (De mixt. Graec. linguae dial. 9); quam opinionem postea contra Solmsenium sollerter defendit (Griech. Dial. 2. 385). Sed si sonus *e* iam eis saeculis, cum Boeoti in parte Thessaliae meridionali sedes haberent, in *i* abire coepisset, fieri potuisse nego ut eidem Boeoti saeculo quinto haesitarent, qua littera vocalis *e* progeniem scriberent. Accedit quod sonus *ϝ* intra vocales positus a Boeotis saeculo sexto retinebatur; si quis igitur sonum *i* formae *ἴωνθι* (ex *esōnti* profectae) aetate Cadmeia, ut cum Thucydide loquar, ortum esse velit, is in nomine *klevos* nonnullis saeculis postea semivocali *ϝ* elapsa eandem mutationem iterum factam esse cogitur statuere. Quibus de causis dialectos hac in re non nisi casu congruere pro certo habeo.

§ 76. De *o* post vocales in *u* mutato.

Guilelmus Schulze in Quaest. epic. pag. 45 adn. 5 scripsit haec: „Diphthongi *εο* partem alteram prope accedere ad vocalis *u* similitudinem in dialectis ion. aeol. dor. constat; idem valere de boeotico *ιο*, sive *ι* nativum sit sive ex *ε* corruptum, adnotat Meister I 234“. Qua in re virum doctissimum recte iudicasse cognosces ex exemplis quae ante oculos ponam; sunt eadem fere, ad quae ipse provocavit Schulze:

Θιουτίμυ 3193 2 (paulo post 220);
Διουσκορίδαν 531 3 (circ. ann. 250);
Βιούτη 1753 6 (post ann. 250);
Διουκλεῖς 3352 2 (saec. alterius).

Hoc loco scripturae eius vocis lumen accipiunt, quam Attici *νουμηνία* pronuntiaverunt.

Vetustissima forma in nomine viri *Νεομείνιος* servata est, cuius titulus Thespiensis 1888 *e* 9 anno 424 conscriptus mentionem facit. *Νεομείνιος* in *Νιομείνιος* abiit; habes *Νιομείνιος* in titulis 2718 6 et 3081 1, quorum ille post medium saeculum tertium, hic saeculo altero incisus est. Sed scriptura *Νιο-* non sola est, quae in titulis eius aetatis comparet; scripserunt Boeoti et *Νιου-* et *Νιυ-* et *Νυ-* et *Νο-* et *Νευ-*:

a) *νιουμεινίη* 3172 141 (intra ann. 222 et 200); *Νιουμείνιος* 2814 9, 2823 15, 2830 7 (eiusdem fere aetatis); *Νιουμῶν, Νιουμῶς* 3204 10. 13 (aet. inc.). Accedunt *Νιουμην-, Νιουμηνίς, Νιουμήνιχος* titulorum Tanagraeorum 1263—1265, quae nomina Boeotica et volgaria miscent.

b) *Νιυμείνιος Πολιουξένω* 3179 24 (intra ann. 222 et 200).

c) *Νυμείνιος* 2428 9 (paulo ante 250), 2420 16 (sub finem saec. III).[1])

d) *Νομεινίω* 1752 20 (sub finem saec. III).

e) *νευμεινίη* 517 1, 524 1 (sub fin. saec. III); *Νευμείνιχος* 1236, REG 12. 74 66 (sub fin. saec. III).

Cum ΟΥ scriptura idem valeret quod Υ, scripturas quoque ΙΟΥ et ΙΥ idem valere manifestum est. Iam quod *Νιου-* in *Νιουμείνιος* scriptura non distabat a ΝΙΟΥ in *Νιουμφόδωρος*, Atticorum *νύμφη* autem Boeotis eius aetatis et *νιούμφα* et *νύμφα* et *νόμφα* scribere licebat, quidnam scripturae *Νυμείνιος*, *Νομείνιος* sibi velint, dubium esse non potest. Exempla scripturae *νευ-* ad unum omnia Tanagrae inventa sunt. Qua ex re non concludendum est Tanagraeos sonum *e* vocis *νεομηνία* diutius ceteris retinuisse sed potius ut in nomine certi fastorum diei diutius scribere perrexisse.

Ut litterae soni *u*, ita ΟΙ quoque pro Ο scribitur. Vidimus Boeotos medio saeculo tertio Υ pro ΟΙ scribere incepisse. Cum litterae Υ et Ο eadem aetate inter se mutarentur, non mirabile

1) E *Νυμείνιος* ortum est *Νύμων* 2995, nisi statuere licet lapidem esse praefractum.

est, quod pro ea quoque littera Υ, cui *o* sonus respondet, ΟΙ scriptum est. Quare de forma

Διοίδοτος Διοιδότω 2810 6,

quam titulus Hyettius medio saeculo tertio exaratus praebet, ita iudicabimus: *Διοίδοτος* nisi scriptura non differt a

Διύδοτος 2826 12

in titulo eiusdem aetatis ipso quoque Hyetti inciso. Pro *Διυ-* in *Διύδοτος* scripturam *Διου-* repperimus in *Διουκλεῖς*; cum hoc *Διυ-* conferendum esse *Νιυ-* in *Νιυμείνιος* nemo est quin intellegat.

Dixerit quis, sola litteratura, non pronuntiatione sonum *o* post *ι* (*ε*) parem factum esse sono *u*. Neque vero separari potest origo signorum soni *u* illorum ab ea mutatione, quam post *α* quoque perpessum est *o*. Elucet ex eis nominibus propriis, quorum prior pars vocabulum *σάϜος* est. Illic tam constanter *αυ* habes, ut non modo orthographice, verum etiam sono *o* post vocales in *u* mutato nasci debuerit:

Σαυγένεις 585 IV 4, Tanagrae;
Σαυκλίαο 3193 8, Orchomeni;
Σαυκράτεις et *Σαυτέλεις* 1888 *c* 8, *e* 4, Thespiis;
Σαύμειλος 3068 12, Lebadeae.

Hoc *Σαυ-* cum Arcadum *Σᾱ-* (*Σακλέος, Σαστράτου* Coll. 1230 7, 1248 11) coniungendum esse in propatulo est: Arcades ergo contraxerunt, non contraxerunt Boeoti. In fine vocabulorum Boeoti *o* retinuerunt, Arcades Cypriique in *u* verterunt: genetivis Boeotorum terminationis *-αο* horum genetivi in *-αυ* respondent.

Ut post *ι* et *α*, ita *o* post *υ* mutatum est in *u*. Argumento est, quod numerale *δύο* apud Boeotos exstitit *διου*. Contraxerunt igitur sonum, quem scribunt *ιου*, cum *o* secuto in *ū*; id quod facere non poterant, nisi *o* proxime ad *u* accessisset. Exempla occurrunt in titulo 3193:

Ϝίκατι διου (scilicet *δραχμή*), *πέτταρες ὀβολοί* v. 1; *διου ὀβολοί* v. 4 et 5.

In titulo Nicaretae, qui eiusdem aetatis est, *διού(ο)* a Dittenbergero restitutum est (3172 164); lapicida in fine vocis Ν incidit, quod sensu caret.

§ 77. De vocalium contractione.

Vocales olim consonis diremptae a Boeotis aut contrahuntur aut non contrahuntur. Qua de re disputationem ita instituam, ut consonam eam quae olim aderat, nunc abest, respiciam.

a) *De consona deleta non plane constat:*

Gen. sg. stirpium masc. in ᾱ: *αο*, usque ad medium saeculum tertium non contractum. Formas contractione insignes *Εὐρέα* et *Σωκλείδα* iam supra enumeravi (§ 22); tituli 2420 et 2787, quibus praebentur, alteri saeculi tertii dimidio assignandi sunt.

Gen. sg. stirpium in *ο*: *ω* ex *οο* eo, quod Homero hic illic reddendum est.

b) *Semivocalis j evanuit:*

Exempla verbo contracto praebentur.

α + *ο* = *ω*: *σουλώνθω, σουλῶντες* saepe, ex. gr. 3199 13. 12; *νικώντεσσι* 2410 6; *ἐνίκωσαν* 3195 4.

ε + *ε* = *ει*: *σουλεῖμεν* BCH 19. 157 II 7, *ποῖμεν* REG 12. 69 8; *χρειεῖσθη* (ex *χρηϝέjεσθαι*) 3169 8; *δειμένοις* 2858 3 (vide § 16).

ε + *η* = *ει*: *ἀντιποιεῖτη* 3080 4 (antecedit *ἤ κα*).

ε + *ει* = *ει*: *δοκεῖ* 1875.

ε + *ηι* = *ει*: **ἀδικεῖ*, *ἀδικῖ* 3081 5 (antecedit *ἤ κᾳ*).

ο + *ο* = *ω*: *δαμιώνθω* 3198 6; *καθιαρωμένων* BCH 19. 380 4.

c) *s sibilus (vel potius h spiritus) periit:*

α + *ι*: *Καραϊόγειτος* 1757 10, *Καράϊχος* 3068 8, *Καραϊώνιος* 3175 20.[1])

α + *ω*: non contractum in genetivis pluralis stirpium in *α*, articuli genetivo excepto (vide § 22 versus finem).

ε + *ε* = *ει*: *Θειμνάστω*[2]) 1750 16.

ε + *ηι* = *ει*: *εἶ* (sit) 1780 16 (ΕΙΗ Schillbachii apographum; fuitne ΙΕΙ in lapide?).

---

1) *καραϊο-* ex *καρασιο-*, cf. *κάρα* hymn. in Cer. 12 et quae Ioannes Schmidt, Pluralb. d. idg. Neutr. 365 exposuit. *Καραϊο-*, non *Καραιο-* eadem de causa scribendum qua *πάϊς* simm., vide sub numero *d*).

2) In Fickii et Bechtelii opere (143) errore omissum. *Θεε-* ut *Ξενε-* in *Ξένετος*.

ε + ι = ει, ι: *Ἀμφάλκει*, *Ἀντιγενίδας*, *Θιαγένια*; vide quae § 70 exposui. Hoc loco addo *Πεδαγένι* 1737 12, *Πραξιτέλι* 3089 1.

Hic ad tempus subsistamus. Ac primum quidem neminem fugiet *e* longum ex duobus *e* brevibus conflatum Boeotice cum vetere *ē* confluxisse, neque minus *o* longum duorum *o* brevium coniunctione exortum a vetere *ō* discerni non potuisse. Deinde addamus, quod iuxta coniunctivos *ἀδικῖ* et *εἶ*(?) coniunctivi *δοκίει* et *ἴει* comparent. Alterum habes Tanagrae: REG 12 71 14 *ἠ δέ κά τινος τόπος ἢ* (sic) *Ϝυκία χρήσιμος* (sic) *ἴει*. Prior in titulo Orchomenio 3169 exstat, ubi [*εἶ κα*] *δοκίει κάλλιστο*[*ν εἶμεν*] retinere quam cum Dittenbergero *δοκῖ ἐν καλλίστο*[*ι εἶμεν*] corrigere maluerim. Dubium non est, quin *ἴει* et *δοκίει* recentiore aetate quam *εἶ* et *δοκεῖ* facta sint, et ita quidem, ut e formis *ἴω*, *ἴωνθι* simm. vocalis *ι* restitueretur. Locros quoque et Delphos eiusmodi coniunctivis usos esse constat: *δοκέῃ* in lege de colonis Naupactum mittendis (IGS III nr. 334 39), *ἀδικέῃ* Coll. 2088 23 leguntur.

d) *Ϝ semivocalis exstincta est:*

α + α = α: *ἀναλώσωνθι* BCH 21. 554 10.

α + ει = αϊ: *ἀίδοντος* 3210 4, 3211 3.

α + ι: vocales non contrahuntur; vide infra.

ᾰ + ο aut ω: vocales non contrahuntur.

Exempla:

Ἀγλαοδώρω 2719 6, *Ἀγλαοφαΐδαο* 3211;

Σαυ- pro *Σαο-* vide § 76; *Πολυσάοντος* 2435 19; *Σάων* saepe, *Σάωσις* 2064 cett. Sed *Σωσι-* in priore nominis parte: cf. *Σαωσίας Σωσιπόλιος* BCH 21. 555 22.

Καλλιφάων 1888 c 2, *Δαμοφάοντος* 2115, *Εὐρουφάοντα* 4177 2.

ᾱ + ο aut ω: vocales non contrahuntur nisi in *ᾆς* et *Λᾱ-* (§ 22).

Exempla:

Ποτειδάονος Ἐφ. 1899. 64, *Ποτειδάονι* 2465; *Λυκάωνι* 685.

ε + *ε* = *εε*[1]), *ει*, *ι*: *Κλεεσθένεια* 1928 (litt. dom.), *Κλεεσθένεος* 1747 2 (ante 250); *Κλειτίδας* 1780 27; *Διοκλῖος* 4128 2 (priore parte saec. alt.).

ε + *ι* = *ει*, *ι*: *Κλείεργος* (ex *ΚλεϜίϜεργος* profectum) 1875 (saec. V); *Ϙλίδα* 4124, hypocoristicum nominis *Κλίδαμος* 2435 21.

ε + *ε̄* = *ει*: *Κλεινέλας* 1929 (litt. dom.; *κλεινός* ex *klevesnos* ortum). De *-κλίεις* vide infra.

η + *ι* = *ειϊ*, *ει*: *μαντειΐαν*[2]) 3207 2, 4157 2; *Βασιλεῖϊ* 3083 8; *Δορκείδη* 3193 9.

ι + *ι* = *ῑ*: *Δί* 2456. 2733 (saec. V). *Διί* in titulis recentiore aetate compositis scriptum: 3206 3 (ann. 329), 1814 (post ann. 250), 3169 4 (sub finem saec. III), 3090.

αι + *ει* = *ηϊ*: *ἦΐ* (ex *αἰϜεί*) 3081 6, BCH 19. 157 II 6. Obloquitur *ἀΐ* in titulis ex parte pervetustis: *Ἀϊμναστίδας* 3604 (saec. V), *Ἀϊμνάστα* 748, *Ἀϊμνώ* 555, *Ἀΐμμεις*[3]) BCH 23. 194 I 17, *Ἀϊκλίδας* 2430 14, *τοῖς ἀΐ δειμένοις* 2858 3. Neque ex *aivei* neque ex *aivi* (Lesb. *αἶι*, *ἄϊ*) Boeotorum *ἀΐ* proficisci potuit; difficultatem non expedio.

Restat, ut ostendam Boeotos ex *avi* cum hiatu *αϊ* fecisse; quo demonstrato dubitari iam non poterit, quin recte *ἀΐδοντος* scripserimus. Postremo de nominibus propriis disputabo, quibus *κλέϜος* subest.

Boeotos *πάϊς*, non *παῖς* pronuntiasse, ex eo sequitur, quod *avi* vetus numquam in monophthongum *η* abiit, et quod in titulo aetatis iam satis recentis ΠΑΕΙΛΛΥ (709) incisum est.[4]) In hisce igitur vocibus *αι* dihaeresi pronuntiatum esse apparet:

---

1) Thespiis ⊢E scriptum in *Κλιεγένεις* 1888 *i* 1, ubi Dittenberger non recte *Κλειγένεις*.

2) Recte ad *μαντῄϊον* (Coll. 1558 1) provocat Meister 1. 224.

3) Ita restituit Bechtel; in apographo litterae primae vestigium exile comparet. Non est, cur van Gelderum (Mnem. 1901. 293) secutus *Ἀΐμ(ν)εις* scribas.

4) *πάεις* tituli Mytilenaei Ins. II nr. 304 nemini in mentem non venit. Cf. quae Schulze CGA 1897. 896 affert.

πάϊς, πάϊλλος ex. gr. 690—702; 704—708. *πάιλλος* habes 703; qua scriptura discimus inter *α* et *ι* sonum *j* intercessisse.

Σαϊστρότιος 538 16.

Ἀγλαοφαΐδαο 3211 1.

Ἑρμάϊος, Ἑρμάϊχος, Ἑρμαΐων saepe; cf. *Ἑρμάου, Ἑρμαύου* Thessalorum.[1])

Ποτιδάϊχος 2820 2.

α longum hic habes:

-λάϊος, -λαΐδας;

Δαϊκράτιος 2420 31, *Δαϊμαχίδας* 882, *Δαΐμμειν* 558; cf. *Δεικράτης, Δηΐμαχος* Fick-Bechtel 93.

Quod Boeoti *ι* vetus digammo elapso cum *α*, quod praecedebat, non contraxerunt, fieri non potuit, ut *i* ex *ei* ortum cum *α* in diphthongum conflarent. Itaque viri docti recte *ἀΐδοντες* postulaverunt.

Nunc de vocis *κλέϝος* vicissitudinibus mihi est exponendum. Quaeritur de formis *κλεϝε-, κλεϝι-*, quas nominum propriorum priorem partem tenere videmus, et de nominativo in *-κλέϝης*.

Elementum *κλέϝε-* in *Κλεϝεθοίνιος* 2252 deprehenditur. Ad *κλεϝε-* proxime accedit *κλεε-*, quod in *Κλεεσθένεια* 1928, *Κλεεσθένεος* 1747 2 invenitur. Ab hoc *κλεε-* non nisi scriptura discrepat *κλιε-* in *Κλιεγένεις* tituli notissimi 1888 *i* et ipsius Thespiensis. Sed in eorundem Thespiensium finibus inventi sunt tituli [*Κ*]*λ*Ε*πτόλεμ*[*ος*] 1930, *Κλεσθω* 4241 (titulus litteris minusculis redditus), quorum Ε nullo modo seiungi potest ab eo, quod in nomine mulieris Thebanae *Κλειμείλα* 3638 (Ε in utraque parte) occurrit. Contraxerunt igitur Thespienses non minus quam Thebani saeculo quinto sonum illum, qui inter *i* et *e* intercedebat, cum *e* insequenti. Quodsi in titulo 1747, qui ante annum 250 incisus est, *Κλεεσθένεος* scriptum videmus, id ita expedire licet, ut scripturam et pronuntiationem non inter se

1) Inter Thessalorum *Ἕρμαυος* et *Ἕρμαος* (id est *Ἕρμαϝος*) cum eadem ratio intercedat, quae inter *Κλεῦας* et *Κλέϝας* (id quod Hoffmann, Griech. Dial. 2. 587 non perspexit), sequitur, ut in hypocoristicis *Ἕρμαϝος, Ποτίδαϝος*, a quibus hominum nomina descenderunt, *α* correptum esse credendum sit.

consentire statuamus.[1]) Ex hoc *κλει*- altera saeculi tertii parte *κλι*- profectum esse, id propterea veri simile est, quod ea aetate scripturae *παρῖς* iuxta *παρεῖς*, *Παμπιρίχω* iuxta *Παμπειρίχω* inveniuntur (§ 65. 66). Unde sequitur ut qui *Κλιμαχίδας*, *Κλίμναστος* nomina, quae in titulo 3179 intra annos 222 et 200 inciso comparent, ad elementum *κλεϝε*- referre maluerit quam ad *κλεϝι*-, is refelli non possit.

Elementum *κλέϝι*- primus Guil. Schulze (Quaest. epic. 41 adn. 3) nomini *Κλείεργος* 1875 (saec. V) subesse perspexit. Quod *κλεϝι*- admodum mature in *κλῑ*- abiisse certissimum est: iuxta ansam cylicis nigrae pictura carentis inscriptum est *Ϙλίδα* 4124. *Κλι*- igitur, quod in nominibus *Κλιδαμίδας* 2427 4 (ante 350), *Κλίμειλος* 2435 21, *Κλισθένεις* 2809 3 (post annum 250), *Κλιμαχίδας*, *Κλίμναστος* 3179 14. 12 (vide supra) exstat, ex eodem *κλεϝι*- repetere licet. Sed quoniam vergente saeculo tertio *κλεϝε*- cum *κλεϝι*- in *κλῑ* confluit, de eorum nominum, quae ante eam aetatem non occurrunt, origine iudicari nequit.

Nominativi formae sunt -*κλέεις*, -*κλίεις*, -*κλεῖς*, quarum -*κλέεις* et -*κλίεις* scriptura tantum differre pro certo habeo. -*κλέεις* habes in titulo illo Tanagraeo, quem Röhl anno 426 tribuit: *Ἀμινοκλέεις*, *Ϝισοκλέεις* 585 III 8, IV 10. -*κλίεις* ex Thespiarum (ꟷ scriptum), Lebadeae, Orchomeni titulis innotuit: *Ἀρξικλίεις*, *Πολυκλίεις*, *Προκλίεις* 1888 *a* 5, *b* 2, *f* 7 (ann. 424); *Προκλίεις* 1943; *Προκλίειος* 3117; -*νοκλίεις* 3238. In titulis litteratura Ionica scriptis -*κλίεις* non reperitur; unde efficitur circa annum 400 eos nominativos usurpari desitos esse. Terminationis mutatae exempla, quae novi antiquissima, duobus titulis Thespiensibus praebentur -*μείνοκλ*ꟷ*ς* 1747 9, --*κλ*ꟷ*ς* BCH 21. 552 1. Nihil impedit, quo minus *ει* ex ꟷ et *ει* conflatum esse arbitremur.[2]) Certum enim est sonum intermedium, quem nota Thespiensi significavi, propius ad *ει* accessisse quam ad *η* ex *αι* perfectum; quodsi Thisbenses ex *Κλιήνετος* teste lapide 3574 *Κλήνετος* fecerunt, quidni omnes Boeoti *Προκλεῖς* ex *Προκλίεις*?

---

1) Forma contracta *Κλ*E scripta est in titulo Thespiensi BCH 19. 375, quem priori parti saec. III attribuerim: *Ἐπικύδης* (sic) *Κλ*E*σθένειος*.

2) Itidem iudicare Solmsenium (KZ 32. 549) inveni, postquam scripsi, quae modo legisti.

Declinatio *Προκλεῖς*, *Προκλεῖος* igitur inde a saeculo quarto pervicit. Ea non mutatur nisi quod *ει* genetivi in *ῑ* abiit: *Διοκλῖος* 4128 2 (priore saec. II parte), *Δαμοκλῖος*, *Ἐπικλῖος* BCH 23. 92 10. 1 (eiusdem aetatis), *Καλλικλῖος* 3365 2 (saec. II).

Pauca de adiectivis patronymicis addenda sunt.

A stirpe *kleves-* descendit *klevesios*, quod apud Boeotos *κλεΐïος* evasurum esse exspectamus. Neque spes nos fefellit: patronymica in *-κλείιος* non raro in titulis inveniuntur. Qua in re gravissimi momenti mihi videtur, quod in titulo Orchomenio 3180 genetivus adiectivi patronymici *Φιλοκλείιω* a genetivis *Ἱαροκλεῖος*, *Εὐθουμοκλεῖος*, *Ἀριστοκλεῖος* distinguitur. Ex patronymicis duplicem litteram in genetivos irrepsisse iam ante monui (§ 75); hoc loco igitur satis habeo e titulo Copaensi 2786 genetivum *Μνασικλειιος* (v. 4. 5) adscripsisse.

§ 78. De sono *Ϝ* deleto.

In capite vocabulorum Boeoti sub finem saeculi tertii litteram *Ϝ* hic illic omiserunt. Titulo Thespiensi 1739, quem Dittenberger parti saeculi tertii posteriori attribuit, bis *ἕκαστος* praebetur. Aetate suppar est is, quem Colin BCH 21. 554 sqq. publici iuris fecit: in hoc *Ἐργοφίλω* (v. 16) iuxta *ΘεοϜέργω* (v. 33. 37) deprehenditur. Eodem tempore Orchomenii *Ϝ* modo scribunt, modo neglegunt: in titulo 3171 occurrunt *Ϝελατίη*, *Ϝέτια*, *Ϝίκατι*, ex altera parte, ut *ὀφείλετη*, *ὀφειλέτω* omittam, *ἕκαστον* et *ἑκάσταις*. Unde colligendum est in sermone cottidiano Boeotorum semivocalem *v* priore fere saeculi tertii dimidio evanescere coepisse.

Quae cum ita sint, nemo non mirabitur quod in cantharo quodam Thespiis reperto litteris domesticis *Κλείεργος* incisum exstat (1875). Voluitne is, qui titulum inscripsit, non ǀ, sed ⊏ scribere? Difficultatem non expedio.

Semivocalis media in voce sita circ. annum 450 plane perierat. Nam in titulis illis Tanagraeis et Thespiensibus, quos ann. 426 et 424 exaratos esse veri est simillimum, huius digammi ne vestigium quidem emergit: 585 *Ἀμινοκλέεις* III 8, *Ϝισοκλέεις* IV 10, *Καφισοφάων* IV 8, *Δαμόξενος* IV 6, 1888 *Ἀρξικλίεις* *a* 5, *Πολυκλίεις* *b* 2, *Προκλίεις* *f* 7, *Κλιεγένεις* *i* 1,

Καλλιφάων c 2, *Φάων* d 10, *Σάων* c 7, *Κρινόλαος* d 7, *Φιλόλαος* e 7, *Καλλιροΐδας* e 5, *Διόδωρος* e 6, *Νεομείνιος* e 9, *Πρόθοος* g 4 cett.

Digamma post nasales et liquidas a Boeotis ita exstinctum esse, ut soni vestigium non relinqueretur, versus finem § 21 exposui.

§ 79. De sono *b* in *ƀ* mutato.

Vox *ἕβδομος* Orchomeni et Thespiis *εὕδομος* evasit. Formam *εὕδομον* tituli Orchomenii 3170, cui omnes fere viri docti fidem abrogaverunt, a Meistero (Coll. nr. 491 17) iure meritoque defensam esse titulo Thespiensi a Colinio BCH 21. 554 sq. edito docemur, cuius versu 23 alterum formae *εὕδομον* exemplum praebetur. De ratione, qua *ἕβδομος* in *εὕδομος* mutatum est, Meister ita statuit, ut inter mediam *β* et vocalem *υ* sonum *ƀ* intercessisse suspicaretur (Dial. 1. 262); qua in re viro docto calculum adicere non dubito.

Titulus Thespiensis quem modo laudavi dimidio saeculi tertii altero exaratus est. Iam cum lapis Orchomenius 3193 eadem aetate inscriptus sit, dubitari licet, utrum forma *ἑβδομείκοντα*, quae in versibus 3 et 8 occurrit, e vetere sermone resederit an e lingua volgari deprompta et fuco Boeotico induta sit.

§ 80. De consonarum assimilatione et dissimilatione.

a) *Assimilationis exempla.*

Consona tenuis, quae syllabam priorem incipit, in aspiratam mutari potest, si proximae principium est aspirata:

Φάρφων 3584. 3679. 3680 (litt. dom.);

Φίθων 665. 1951. 3682 (litt. dom.) et *Φιθάδας* Röm. Mittheil. 12. 105 (litt. dom.).[1]

b) *Dissimilationis exempla.*

1. Nummi Haliartii qui CGC 49 sqq. enumerantur, titulis signati sunt ARI aut ARIARTIOϟ. In lapidibus eadem forma exstat:

1) De artificis nomine verba fecit Solmsen in Mus. Rhen. 53. 137 sqq. Formam *ἐποιϜεισε*, quam titulus praebet, in § 36 *b*) me omisisse doleo.

Haliarti Ἀριαρτίων 2848 5;

Acraephiae Ἀριαρτίω 2724 *b* 2 (intra 312 et 304), Ἀριάρτιοι 4143 7, Ἀριάρτιον BCH 23. 94 nr. IV 2;

Thespiis Ἀριαρτίω 1795 5 (ante 250).

Sed in titulo 2724, qui ad tit. 2724 *b* aetatem proxime accedit, Ἀλιαρτίω scriptum invenis. Quod dissimilatione ortum esse manifestum est. Utrum Boeoti post litteraturam Ionicam receptam in fronte vocis *h* addiderint an veterem pronuntiationem retinuerint, nescimus. Nam codicum scripturis de Boeotorum sermone nihil demonstratur.

2. Pro στροτός Boeotos nonnumquam dixisse σροτός ex titulo 1086 elucet, in quo

Σροτ(υλ)ίς, Σροτονίκα

incisum est. Cave litteram τ inseras: exemplis enim satis multis congestis ostendit Gu. Schulze (GGA 1896. 247) prius τ non errore lapicidae sed consulto deesse.

3. Boeoti ἑσκήδεκα formam usurpaverunt: invenis

ἑσκηδεκάτη 517 2, 522 3,
ἑσκηδέκατον BCH 21. 556 37.

Quam ex ἑξκαίδεκα dissimilatione mutatam esse sponte intellegis. Sed admodum verisimile est eam dissimilationem prius factam esse quam Boeoti ex priscis sedibus in Boeotiam migrarunt.

§ 81. De nasali ante tenuem duplicem expulsa.

Vocem ἔππασις e forma vetere ἔμ-πππασις repetivimus in § 38; ibidem ἔττε eadem ratione ex ἔν-ττε fluxisse suspicati sumus.

Restat ut de eis sonorum mutationibus disseram, quae in syllabis accentu nudis efficiuntur.

§ 82. De vocalium assimilatione.

Vocales accentu destituti ad vocales syllabarum vicinarum assimilari primus Ioannes Schmidt demonstravit (KZ 32. 321 sqq.). Quae assimilatio a Boeotorum sermone aliena non fuit.

a) ἀνασι- ex ὀνασι-[1]) mutatum in Ἀνασιφόρον 3242, Ἀνασιώνιος 3175 14 (circ. 290 a. Chr.), Ἀνασιάδα BCH 18. 534 nr. 4 exstat.

b) In nummis Orchomeni urbis intra annos 338—315 percussis ΟΡΧ comparet; in eis, qui usque ad annum 384 signati sunt, ΕΡ aut ΕΡΧΟ legitur; inde ab anno 146 ΕΡΧΟ invenimus (CGC p. 56). Non igitur dubitandum est, quin vetus urbis nomen Ἐρχομενός[2]) fuerit. In titulis incolae et Ἐρχομένιοι et Ὀρχομένιοι vocantur. In eis, qui in urbe ipsa incisi sunt, usque ad finem saeculi tertii Ἐρχομένιοι scriptum est: 3166 5, 3167 3, 3168 6, 3171 saepe, 3172 saepe, 3174 2, 3175 1, 3178 2, 3179 1, 3180 4, 3185 2, 3207 6; postea Ὀρχομένιος habemus: 3223. Acraephiae et Coroneae forma Ὀρχομένιοι saeculo iam tertio et quarto adhibita est. Acraephienses Ἐρχομένιος scripserunt in titulis 2723 2, 2724 *a* 6, 2724 *b* 5, qui sub finem saeculi quarti aut initio saeculi tertii compositi sunt; sed Ὀρχομένιος in titulo 2724 *c* 7, quem alteri dimidio saeculi tertii tribuerim. Coronensium sunt plebiscita 2859. 2860, in quibus Ὀρχομένιος exstat; quorum alterum intra annos 312—304 videtur incisum esse. Contra Ἐρχομένιος Plataeensibus placuit in tit. 1673 aetate suppari Orchomenio 3207. Ex ea re, quod in tituli 3172 ea parte, quae lingua Attica composita est, Ὀρχομενίοις, in ceteris Ἐρχομενίοις, Ἐρχομενίω scriptum est, Ioannes Schmidt collegit assimilationem non in urbe ipsa, sed in Attica factam esse (340). Mihi nihil effici videtur nisi Atticos saeculo tertio vergente formae Ὀρχομενός favisse.

c) Τρεφώνιος heros, quem cum τρέφω coniunxit Rohde[3]), in titulis inde a saeculo quarto conscriptis 3055. 3080. 3081. 3083. 3086. 3087. 3090. 4136 semper Τρεφώνιος, in titulis 3077. 3098. 3426 imperatorum aetate incisis Τροφώνιος vocatur.[4])

---

1) In titulo Tithorensi IGS III nr. 194 nomen eiusdem mulieris Ὀνασιφόρον et Ἀνασιφόρον scriptum est.

2) De veriloquio nuper (Bezz. Beitr. 23. 189) Augustus Fick ingeniose ut solet disputavit.

3) Psyche 193.

4) Pocockii apographo tituli 3055 Τροφωνίωι praebetur (v. 13). Sed hoc apographum erroribus scatet.

In nomine sacro vocalis mutationem recentiore demum aetate factam esse non est cur mireris.

§ 83. De praepositionum quarundarum in proclisi mutationibus.

Praepositiones ubicumque accentu carebant, sermone cottidiano varias mutationes subibant, quas Ioannes Schmidt in commentatione post mortem praematuram publici iuris facta (KZ 38. 5 sqq.) detexit. Iam ipse, quantum nos attinet, de hac re disseram.

1. Praepositio *ἐξ* apud Boeotos formae *ἐσς* cessit, quae ante vocales retinetur, ante consonas in *ἐς* abiit. Quod *ἐσς* e forma *ἐξ* factum esse assimilatione, cui nusquam nisi in proclisi locus sit, optime ita demonstravit Schmidtius, ut formas e praepositione *ἐξ* et nomine numerali *ἕξ* profectas inter se componeret. Veteris formae *ἐξ* unum tantum exemplum aetatem tulit: *Βοιώτιος ἐχς Ἐρχομ[ενῶ]* Coll. 1130.

ἐσς habes in *ἐσσεῖμεν* 2228 7 al.; *ἐσσεγράφεν* 2389 2, 2390 3; *διεσσείλϑεικε* BCH 21. 554 2; *ἐσς ἐφήβων* 2716 4 al.; *ἐσς ἀρχᾶς* 1739 10; *ἐσς Ὀπόεντος* 4136 1.

ἐς invenitur persaepe in *ἔσγονοι* (ex. gr. 504 3); *ἐσγράψι* 1739 11; *ἐσλιανάτω* 3172 73; *ἐς τᾶς προρρείσιος* BCH 21. 554 7; *ἐς τῶν καϑιαρωμένων* BCH 19. 380 4; *ἐς Φαλάννας* 2858 3.

2. Praepositiones bisyllabae *ἐπὶ, ποτὶ, ἀνὰ, κατὰ, παρὰ* vocali in fine posita privantur. Quo facto consona *τ* gutturali insequenti assimilatur. Praepositio *κατὰ* cum articulo coniuncta syllabam alteram plane amittit.

Praepositionis *ἐπὶ* decurtatae duo exempla exstant: *ἐπΠυλαρέτοε* 601; *ἐπΠαε--* 604.

Vocalis igitur inter consonas eiusdem generis posita opprimitur. In ceteris titulis *ἐπὶ* scriptum est: *ἐπὶ Πολυαράτοε εἰμί* 599, *ἐπὶ Πυλιμιάδαε* 602; quam scripturam minus quam illam cum sermone cottidiano convenire censeo.

Multo crebrius *ποτὶ* mutilatum comparet. Habes:

ποττὸν δᾶμον 2223 3, 2224 3, REG 12. 69 3; *ποττὰν κατασκευάν, ποττὼς κατόπτας* ib. 15. 23. 32; *ποττῇ οὐπαρχώσῃ* 3172 149 cett.

ποτταξάντων 1737 11;
ποδΔάφνῃ 518 5.

Vides ea exempla eadem lege coerceri qua ἐπΠυλαρέτοε, ἐπΠαε--: vocalis quae praepositionem terminat, non praetermittitur nisi inter consonas generis eiusdem. Cui legi obloquitur ποκκατόπτας BCH 21. 554 10. Quodsi in titulis Orchomeniis 3171. 3172, qui sub finem saec. III incisi sunt, ποτιδεδόμενον (3171 36), ποτὶ δᾶμον 3172 112. 144), scribitur, id magis orationi politae quam sermoni cottidiano tribuerim.

Κατὰ praepositio α finalis iacturam facit ante dentales:

κηττὸν νόμον persaepe invenitur, e. gr. 3301 5. Eodem modo habes καττὰν μαντείαν 2724 d2, καττᾶς πόλιος 3172 74 sqq., καττὸ ψάφισμα 3172 80, καττῶν πολεμάρχων 3172 159.

Duplex dentalis in simplicem versa est:

καταυτά 3172 132 (= κατὰ τὰ αὐτά), κατὸ ψάφισμα BCH 21. 554 13; κατ|ὰν στάλαν 1780 23 non in κατ[τ]ὰν στάλαν mutaverim, quamvis per spatium liceat, ac nescio an recte se habeat κατὸν νόμον in titulo 3321 5 ceteroquin prorsus volgari.

Dentalis ante gutturalem mutata est in καγγᾶγ[1]) καὶ κατθάλατταν 2407 9 (circ. 366 a. Chr.).

Hic veteris pronuntiationis vestigia tenemus. Ad rationis grammaticae normam directa sunt κατὰ γᾶν κὴ κατὰ θάλατταν, quod sexcenties in decretis honorariis legis, et καταδουλίδδεσθη, quod verbum in manumissionibus tritissimum est.[2])

Ex altera parte habes καταβάς, καταβεβάων 3055 8. 5, κατάλυπον 3171 17, κατασκευάττη 3169 9, κατὰ μεῖνα 3171 53; quae formae num in locum vetustiorum καββάς simm. successerint, nescimus.

Vocalis iacturam in praepositionibus ἀνὰ, παρὰ latius patuisse manifestum est, cum ante cuiusvis generis consonas factam esse animadvertamus.

---

1) ΚΑΠΠΑΕ Pocockii apographum; corr. Böckh.

2) BCH 19. 157 II 5 κατδουλίδδειτη incisum est Τ et priore Δ supra versum additis. Non dubito quin mero lapicidae errori tribuendum sit, quod non ΤΑ sed Τ supplevit.

Ἀν deprehenditur:

ante dentales: *ἀντίθειτι*, *ἄνθεσις* persaepe, *ἐπάνθετα* 2420 7. 17. 33, *ἀνθέμεν* 4136 2; *Ἀνδωρεί[τιος]* 2427 21;

ante gutturales: *ἀγγράψῃ* 3172 130, REG 12. 70 28;

ante labiales: *ἀνφορά* 3172 150;

ante consonas coniunctas: *ἀστρέφετῃ* 2849 7, quod ex *ἀνστρέφεται* natum esse intellexit Dittenberger.

ἀνάθεσις aliaque e lingua volgari irrepsisse vix est cur moneam.

Παρ deprehenditur:

ante *ρ*: *παρραπτῶς πορφύρας* 2421 7;

ante dentales: *παρ τὰς πόλιος* 2410 12, *παρ Θιόφεστον* 3172 127, *παρ Δωΐλον* 3083 19;

ante gutturales: *παρκέκλειχε* 2406 12, *παρκαταθείκαν* 2420 34, *παργενομένας* 3172 145;

ante labiales: *παρ Πουθίωνος* 2420 35, *παρπόρφυρον* 2421 5, *Φάρφων* 3584;

ante nasales: *παρμείναντα* 3083 10;

ante sibilum: *παρ Σώφιλον* 3171 19;

ante semivocalem *Ϝ*: *παρ Ϝιφιάδαν* 3172 45.

E lingua volgari *παρα-* in *παραμείνασαν*, *παραχρεῖμα* 3303 3. 6, *παρὰ Ἐπίτιμον* 1780 12.

§ 84. De aphaeresi quae creditur.

Paulus Kretschmer, cum contra Bechtelium disputaret, quattuor nominibus nitebatur, quibus vocales vocum initio a Boeotis hic illic omissas esse demonstrare sibi videbatur (KZ 36. 271 sqq.).

Γαμείδεις 1873, Kretschmer, Vaseninschr. 52 (litt. dom.);

Γασίας 2815 6;

Λάσιππος 3172 10;

Πινίκης 2152.

Quae demonstratio, si quid video, viro sagacissimo non bene successit.

Γαμείδεις, *Γάδωρος*, *Γάτιμος* nomina Bechtelio auctore *Διομήδης*, *Διόδωρος*, *Διότιμος* nominibus respondent (Bezz.

Beitr. 23. 247). Quam opinionem non refutavit Kretschmer: nam quod contra dixit, vocem *μῆδος* cum deae nomine coniunctam alibi non inveniri, cum dei nomine non nisi in *Διομήδης*, *Θεομήδης*, quid ea re effici velit, fateor me non assequi.[1]) Atque in eadem trutina ponendum est, quod non modo *Ἀγάδωρος*, *Ἀγάτιμος* nusquam inveniuntur, sed etiam *Ἀγάδωρος* Graecum omnino non est.

Γασίαο in manumissione Hyettia scriptum est. Cum in manumissionibus 2809. 2810. 2812. 2820 *Ἀγασίας* compareat illique tituli mendis minime careant, facere non possum, quin cum Dittenbergero restituam *Ἀγασίαο*.

Idem *Λάσιππος*, qui 3172 10 praedis munere fungitur, in titulo 3178 5, ubi in polemarchorum numero recensetur, *Ἐλάσιππος* vocatur. In priore titulo nomini genetivus in *-αο* antecedit: facile igitur fieri poterat, ut lapicida post duas vocales tertiam omitteret.

Sequitur ut, qui aphaeresim a Boeotorum sermone non abhorruisse contendit, is in unius nominis *Πινίκης* auctoritate insistat necesse sit. Quod si quis vult, suo Marte faciat.

B. DE DECLINATIONIBUS.

§ 85. De locativo in locum dativi sg. substituto.

Boeoti dativum veterem in *ōi* et *āi* non retinuerunt, sed eius partes tam mature locativo expleverunt, ut tituli ne unum quidem dativi exemplum praebeant. Inde a litteratura Ionica recepta Boeoti *-οι* et *-η* scribunt, quae scribere pergunt, nisi quod postea *οι* diphthongus eis sonis cessit, quos Υ et ΕΙ exprimunt. Cum Boeoti diphthongos *ēi* et *ei* non confuderint — indicativus *πράττι* et coniunctivus *πράττει* inter se oppositi sunt —, animum inducere non possum, ut *οι* et *αι* ex *ωι* et *ᾱι* mutata esse credam; quamquam eos, qui hoc statuunt, stricto

1) Argumentum Kretschmeri alterum, quod ipse minoris momenti esse concessit, postea titulo quodam Thasiaco sublatum est, quo nomen *Γεωφάνης* praebetur (BCH 24. 269 nr. 9). Apparet *Γᾱ-* e *Γᾱο-* contractum esse ut *Δᾱ-* e *Δᾱο-*. Nomen *Γεωφάνης* eadem necessitudine cum *Διοφάνης* coniungi qua ex Bechtelii sententia *Γαμήδης* et *Διομήδης*, vix est quod moneam.

argumento refelli non posse facile patior. Sat habeo pauca exempla enumerare:

τοῖ δάμοι 2407 3 (circ. ann. 366); *τῦ δάμυ* 504 2 (sub fin. saec. III); *τεῖ Τρεφωνίει* 3080 2 (saec. II). *Ϝελατίῃ, τῆ πόλι* 3171 26. 28.

Hoffmann cum animadverteret in Epirotarum, Acarnanum, Aetolorum, Eleorum, Phocensium titulis *τοῖ, Φιστυοῖ, αὐτοῖ* cett. scribi, substitutionem locativi pro dativo omnibus dialectis Transpindanis propriam esse contendit (De mixtis Graecae linguae dialectis 20). Sed Acarnanes et Phocenses saeculi quarti initio dativis, non locativis usos esse nunc certissimum est: in titulo Stratio IGS III nr. 442 proxenia decernitur *Λυσίαι τῶι Καλλία τῶι Μεγαρεῖ καὶ Ἀριστίωνι τῶι Λυσία καὶ Καλλίπ(π)ωι τῶι Λυσία,* et consentit lex Labyadarum (Coll. 2501), a qua locativi in *οι* alieni sunt. Corruit igitur consensus iste inter Boeotos eorumque affines, ubi primum ab aetate recenti ad remotiora tempora ascendis.

§ 86. De declinatione nominum in *εύς*.

Nomina quae exitum habent -*εύς*, ita declinantur, ut omnino ea stirps, quae *e* productum praebet, pervicerit per totam flexionem. Idem habes apud Atticos, idem ex parte apud Lesbios et Thessalos. Sed cum Lesbii *e* productum a nominibus propriis arceant[1]) — id quod optime monuit Hoffmann, Griech. Dial. 2. 545 —, Boeoti sonum productum ad utrumque nominum genus extenderunt. Conferas velim haec exempla:

		Nomina appellativa.	Nomina propria.
Sg.	acc.	*ἱαρεῖα* 3392 4;	*Ἀλεξανδρεῖα* 3166 4;
	gen.	*γραμματεῖος* 3172 134;	*Ἀκρηφιεῖος* 2724 *c* 3;
	dat.	*βασιλεῖι* 3083 8;	*Φωκεῖι* 3171 16;
Pl.	nom.	*παραγωγεῖες* 2428 6.	*Φιλιππεῖες* 2433 II 6;
	acc.		*Φωκεῖας* 3171 9;
	gen.		*Πλατηείων* 1664 3;
	dat.		*Φιλετηρείεσσι* 1790 6.

1) Eiusdem discriminis vestigia Homerica detexit Ahrens (Kl. Schr. 194), apud Eleos demonstrare conatus est Bechtel (Bezz. Beitr. 25. 160 sq.).

Obloquuntur *Ἐλατέα* 529 3, *Θεισπιέων* 1722 3 et *Θεσπιέες* 1796, quae facile expediri possunt. *Θεισπιέων* enim cum *ἀπειλθέοντες* 1756 3 conferre eo magis licet quod eodem titulo *Ἀλεξανδρεῖα* et *Κανωπεῖας* praebetur. Titulus 529 formis volgaribus insignis est: *Προστατηρίω*, *Σωσικράτης*, *Εὐμήλω*. Titulus 1796 saeculum alterum non superat.

§ 87. De femininorum in *ώι* declinatione.

Stirpes quae in *οι* cadunt, Boeotice sic declinantur:

Sg. acc. *Παναρμῶν* 2473 3;
Νιουμῶν 3204 10 (sub ann. 200);
Ἀσκλαπῶν 3351 4, *Νικῶν* 3388 4 (saec. II).
gen. *Νιουμῶς* 3204 13;
Καλλιστῶς 2694. *Ἀπολλῶς* 3386 19 (saec. II);
dat. *Κλιῶι* 3199 13 (saec. III);
Φιλλῶι 3081 3 (saec. II);
Εἰσῶ 1609.

Dativi in -*ῶι* analogiae debentur, genetivi -*ῶς* ex -*όος* contractum habent. Accusativos in -*ών* ut formas priscae vetustatis defendit Ioann. Schmidt KZ 27. 377; sed si tecum reputaveris Boeotos et dativos in -*ῶι* novasse et genuini accusativi vocis *Πολυκλεῖς* loco *Πολυκλεῖν* dixisse, facile concedes eosdem novam accusativi formam *Παναρμῶν* induxisse.

§ 88. De stirpium exitus -*s* declinatione.

Nominis proprii *Δαμοτέλεις* accusativum *Δαμοτέλειν* habes 3171 9 Orchomeni, Thespienses *Διογένειν* et *Κλεοφάνειν* ex titulo 1728 cognoscimus. Vides saeculo tertio Boeotos eadem analogia usos esse qua Attici inde a saeculo quarto, Lesbii, ceteri.

Nomina in -*κλέϝης* a Boeotis ita declinantur:

nom. *Πολυκλέεις*, *Πολυκλίεις*, *Πολυκλεῖς*;
acc. *Πολυκλεῖν*;
gen. *Πολυκλεῖος*, *Πολυκλῖος*;
dat. *Πολυκλεῖι*.

De nominativi formarum vicissitudinibus supra (§ 77) exposui; ibidem de genetivo verba feci. Accusativum *Πολυκλεῖν*

eidem analogiae deberi cui *Δαμοτέλειν* nemo est qui neget; occurrunt exempla *Ἰατροκλεῖν* 3287 5, *Νικοκλεῖν* BCH 23. 90 Π 4, alia. Dativum *Πολυκλεῦι* scripsi Dittenbergerum secutus, qui ΠROKVEI tituli Lebadensis 3113 ita intellegi voluit. Sed cum *s* inter *e* et *i* positum *(klevesi)* prius evanesceret quam *v* inter *e* utrumque positum, nescio an rectius *Πολυκλεῖ* a me scriptum esset. Proximorum saeculorum exempla mihi non sunt praesto.

§ 89. De stirpis *μᾶτερ-* declinatione.

In titulo 1671 domestica litteratura scripto incisum est: *ἀνέθειαν ταῖ Δάματρι*. Boeoti igitur saeculi quinti nomen deae eadem ratione declinaverunt qua Attici. Contra in titulo 3213, quem alteri parti saeculi tertii tribuerim, *Δαμάτερι* comparet, qua cum forma consentiunt *τᾶς Ματέρος, τῇ Ματέρι* titulorum 3315, 3379, quos saeculo altero exaratos esse constat; itidem *Ματέρι* 1811. Apparet igitur recentiore aetate *ε* ex accusativo — *ματέρα* habes 3083 11 — in genetivum et dativum irrepsisse. Sed formae veteres non plane obsoleverunt, nam Tanagraei saeculo tertio vergente *τᾶς Δάματρος* scripserunt REG 12. 69 4, et similia alibi leguntur.

§ 90. De vocum *Ἄρταμις* et *Θέμις* declinatione.

Boeoti cum sicut Graeci occidentales forma *Ἄρταμις* uterentur, in forma declinanda ab eis discesserunt: non enim *Ἀρτάμιτος* sed *Ἀρτάμιδος* declinaverunt. Deligo pauca exempla:

Ἀρτάμιδος 546 (litt. dom.);
Ἀρτάμιδι 2232.

De declinationis origine satis incerta adeas velim Kretschmeri commentationem in KZ 33. 467 sqq. expressam.

Vocem *θέμις* voci *χάρις* in declinatione assimulaverunt Boeoti[1]); habes enim

Θέμιτι 1816.

Pindarum igitur qui Ol. 13, 8 *χρύσεαι παῖδες εὐβούλου Θέμιτος* cecinit, eam declinationem e popularium sermone hausisse haud improbabiliter conieceris.

1) Et Arcades: *Ἀριστοθέμιτος* Coll. 1194.

§ 91. De pronominibus demonstrativis.

a) *De affixo ί demonstrativo.*

Pronomen demonstrativum ὅδε a more gentis Boeoticae videtur abhorruisse. Nam pro Atticorum τήνδε, οἵδε Boeoti τανί, τοιί dixerunt. Accusativum ταντί habes 1739 5; de nominativo τοιΐ vide quae § 43 exposui.

b) οὗτος.

Pronominis οὗτος declinationem Boeoti ita mutaverunt, ut stirpem ὁ-, quam in οὗτος inesse nemo est quin intellegat, in omnes casus introducerent. Qua ratione usi has formas novaverunt:

Sg. acc. οὗτον 685 2, 686 2, 687 3;
οὗτο 1738 5, 3172 131 al.;
gen. οὕτω 1737 11, 1738 6;
Pl. acc. οὕτως 1780 14, 4136 4;
οὗτα BCH 21. 554 10 al.;
gen. οὕτων BCH 19. 157 I 4 al.

Atticorum ταυτί Boeotis est οὑτί 1737 5.

§ 92. De articulo pro relativo substituto.

In pecuniarum recensu 2418, quem intra annos 355—346 compositum esse certum est, inde a v. 22 haec legimus: ἐν τὸν πόλεμον, τὸν . . . ἐπολέμιον Βοιωτοί. Unde exsistit, ut Boeoti medio saeculo quarto articulo relativi sententiam subiecerint. Alterum exemplum est 3172 150, ubi Dittenberger lacuna duarum litterarum expleta hoc restituit: ἐ[ν τ]άν κα ἐνενιχϑεῖ ἁ ἀνφορὰ ἐν οὗτο; titulus est vergentis saeculi tertii. Alibi eae formae usurpatae sunt, quas e sermone Attico novimus; velut καϑάπερ 504 5. Sed nihil impedit, quo minus ὅ, ὧ, ὅν, ὧν e lingua volgari denuo a Boeotis recepta esse statuamus, postquam saeculo quarto vel ante obsoleverint et articuli formis cesserint.

§ 93. De perfecti declinatione.

a) Perfecti stirpem ηλϑη- cognovimus in ἀπειλϑείοντες, ἀπειλϑέοντες participio, de quo in § 9 verba feci, et in διεσσείλϑειχε perfecto et ipso Thespiensi BCH 21. 554 2. Stirps

ηλθη- cum aoristi stirpe ἐλθέ- eadem necessitudine cohaeret qua ϝεϝαδη- (in Locrorum ϝεϝαδηρότα IGS III nr. 334 38), κεχαρη-, τετυχη- aliae cum ϝαδέ-, κεχαρέ-, τυχέ-. Cave igitur praesens ἐλθέω subesse colligas.

b) Terminationem -αται, quam post stirpes quae in consonas cadunt ortam esse patet, Boeoti in ea perfecta intromiserunt, quorum stirpes in vocales cadunt:

ἐστροτεύαθη 3174 27, 3175 6, 3178 10, 3179 6, 3180 13;
μεμισθώαθη BCH 21. 554 6.

c) Terminatione -ανθι, quam cum -αν in εἶαν, ἔθεαν cohaerere sponte patet, instructa est forma

ἀποδεδόανθι 3171 35.

Homeri βεβάασι, ἐγγεγάασι nemini non in mentem veniunt. Obloquitur ἐκτεθήκανθι in titulo Aegostenitano 207 6.

§ 94. De coniunctivo verborum, quorum stirpes in vocales longas cadunt.

In titulo 1739 10 legitur: (ἠ δέ κά τις . . . .) καθιστάει, in titulo 3172 77 ἠ δέ κα μεὶ ἀποδώει. Quae coniunctivi formae conveniunt cum Delphorum δώη, ἀποδώη (Coll. 1878 17, 1717 9), et cum Homericis στήηι, βήηι quae traduntur.

Eadem declinandi ratione aoristi passivi utuntur. Iuxta veterem coniunctivi formam ἐνενιχθεῖ 3172 150 hasce novatas in titulis deprehendimus:

ἐπιμελειθείει 4136 7;
κουρωθείει 207 14 (tit. Aegost.), REG 12. 69 11;
κατασκευασθείει REG 12. 69 17.

Cf. Homerica μιγήηις, φανήηι quae scribuntur.

Eos coniunctivos aetate recentiore factos esse ex ea re intellegitur, quod contractione carent.

C. DE FICTIONE NOMINUM.

§ 95. De nominibus propriis in -ώνδας.

Ex eis quae Constantinus Angermann in Curt. Stud. I, 1. 20 congessit, apparet ceteris quoque Graecorum gentibus nomina in -δας a nominibus in -ων derivata haud ignota fuisse. Atque

nostra aetate Angermanni exempla facili negotio augeri possunt: Eretrienses *Ξενώνδης* Ἐφ. 1895. 133 32, *Μενεκλείδης Μενώνδω* 139 155, *Στρατώνδης Στράτωνος* 142 242. Neque vero ulla gens pari favore ea nomina amplexa esse videtur atque Epaminondae populares, quorum ex titulis triginta fere exempla enumerare possumus:

Ἁγειμώνδας aut *Ἁγειμόνδας*[1]) 2456; *Αἰτώνδας* 2407 13; *Ἀσπασιώνδας* 2787 17; *Δαιτώνδας* aut *Δαιτόνδας* 2457; *Διογιτώνδας*[2]) 916; *Δρωπόνδας* 2812 14; *Ἐπαμινώνδας* 2781 14; *Ἑρμαϊώνδας* 2815 4; *Ἑρπώνδης* 2426 4; *Ἡρα-ώνδας* 3249; *Ἡσχριώνδας* 2724 *a* 4; *Αἰσχρώνδας* aut *Αἰσχρόνδας* 550; *Θρασώνδας* 2716 II 19; *Καλλιώνδας* 3174 34; *Κλιώνδας* 3181 4; *Λιχμώνδας* 2472; *Μαιώνδας* BCH 23. 196 IV 10; *Πασώνδας* 2812 11; *Πατρώνδας* 1327; *Πειθώνδας* aut *Πειθόνδας* 1941; *Σαώνδας* 2781 4; *Σιμώνδας* REG 12. 70 39; *Στιλβώνδας* 2431 7; *Στιώνδας* aut *Στιόνδας* 1888 *b* 6; *Τιμώνδας* BCH 23. 588 3; *Φιλών-δας* 3172 91; *Χαρώνδας* 3377 4; *Χηρώνδας* 2716 I 17.

Nomina in -*ίδας*, quae apud ceteros Graecos sollemnia sunt, ne a Boeotis quidem abhorrent; sed rarius iuveniuntur. Collegi haec:

Εὐγιτονίδα 3508; *Θεογιτονίδας* 3154; *Ϝισωνίδας* 1040; *Θαλωνίδας* 2781 17; *Σιμωνίδας* 4215; *Φιλωνίδας* 1708, 1740 12, 2433 9, 3180 71.

Cum nominum *Διογιτώνδας*, *Ἐπαμινώνδας*, *Ἑρμαϊώνδας*, *Ἡσχριώνδας*, *Σαώνδας*, *Χαρώνδας*, *Χηρώνδας* compluria exempla exstent, nominum in -*ίδας* non nisi singula exempla occurrunt, *Φιλωνίδας* nomine excepto. Sed unum addendum est, quod Tanagrae (791), Copis (2783 8), Orchomeni (3179 5), Anthedone (4231), Thespiis (BCH 21. 554 17) deprehenditur: *Ἀπολλωνίδας*. Qui factum sit, ut hoc ipsum nomen a Boeotorum more discederet, non perspicio.

---

1) Vide quod § 41 exposui.

2) Quocirca non improbabiliter Kretschmer KZ 33. 569 coniecit Eretriensis *Διογειτώνδας* nomen, quod Ἐφ. 1895. 134 62 comparet, e Boeotia oriundum esse. Alteram formam in -*δας* a Kretschmero in censum vocatam, *Μενώνδας*, in lapide non exstare, e nova tituli editione cognoscitur, quam adire Kretschmero nondum licuit.

§ 96. De nominibus propriis in -*άδας*.

Ut a *γέννα* descendit *γεννάδας*, ita a nominibus urbium aut regionum quae in ᾱ (αι) cadunt, nomina hominum in -*άδας* derivata sunt, quibus origo eorum indicaretur. Quae ratio inter nomen loci et nomen hominis intercedat, optime elucet e nominibus filii et patris coniunctis *Φαράδας Θηβαγένους*[1]), quae in titulo 4149 12 adsunt. Eis quoque nominibus favent Boeoti; nam quamvis exilis eorum numerus sit, tamen in titulis Boeoticis non minus quattuor comparent haec:

Βρεισάδας 2556 Thebis (litt. dom.);
Κρισάδας *Ἀριάρτιος* 2724 *b* 2;
Φαράδας Thespienses 1856 2, 4149 12, Thebanus 2466 5;
Φεράδας Thespiensis 1751 6.

Praetermitto *Ἀθανάδας* 3175 46, quippe quod aliter expedire liceat.

§ 97. De consonis in nominibus hypocoristicis geminatis.

Morem consonae in nomine hypocoristico geminandae, quem ne reliqui quidem Graeci ignorabant[2]), Boeoti praeter ceteras gentes adamaverunt. Atque hac in re maxime cum Germanis consentiunt, qui quanto studio geminationem in hypocoristicis amplexi sint, optime cognoscitur e Francisci Stark libro praeclaro Die Kosenamen der Germanen inscripto. Geminatione utuntur Boeoti in utroque hypocoristicorum genere: et in eis quae altera nominis compositi parte plane omissa terminationem affigunt, et in eis quae consona posterioris partis prima retenta suffixum addunt. Accedunt ea, quae non pro nomine composito substituta sunt, sed quibus singulae voces subsunt.

a) Nomina in -*ος*:

Βίοττος 545 7. 863. 3175 20; *Λᾶμμος* 3179 31 (cf. *Λά-μαχος*); *Σάμμος* 2751 (cf. *Σαμο-κλεῖς*, *Σαμό-λας*). Addendum *Μίττος* in *Μίττιος* 2724 *a* 6, cui subest *μίτος*.

---

1) Allatis a Gu. Schulze GGA 1897. 874 adn. 1.

2) Cf. quae Fickius collegit in editione altera libri GP 30 sqq.

b) Nomina in -ις:

Δάμασσις 1908. 3231; exemplum incertum, vide § 8.

c) Nomina in -ίδας:

Γοθθίδας 585 II 1 (nomen obscurum); Δαμοτθίδας 3169 1 (cf. Δαμό-θοινος); Ϝιμππίδας[1]) BCH 21. 556 47; Μεγγίδας 585 III 13; Μεννίδας 2560, 2819 8, 3207 9; Προππίδας 2816 6 al. (cf. Θεό-προπος); Χιοννίδας 2708 1, 4127 1.

d) Nomina in -ας, άδας:

Μέκγας 3172 9, Μέκγηος 3180 9 (cf. Μεγακλεῖς); Κορρινάδας 1793 1, BCH 19. 380 8 (nomen obscurum; ρρ = ρσ?).

d) Nomina in -έας:

Φιλλέας Μεγακλέους 4149 5.

f) Nomina in -ίας, -ιάδας:

Ἰθυλλίας 1751 4, 2599 (cf. Ἰθου-λάα 3440); Ξεννίας 2820 10, 2822 10, 2825 6; Σιμμίας 2429 1 al., Σιμμίηος 538 19 (nomen ioculare a σιμός profectum); Πιτθιάδας 3182 8 (nomen ioculare, descendit a πίθηκος).

g) Nomina in ει(ς):

Multa exempla in § 40 enumeravi, ea dico, quae nominativi sunt in -ει. Nunc ea addo, quorum nominativi in -εις cadunt, et ea, quae aut ex casibus obliquis aut ex adiectivis patronymicis in -ιος concludi possunt. Praesto sunt: Ἀΐμμεις BCH 23. 194 I 17 (cf. Ἀϊ-μνάστα); Δαΐμμειν 558 (cf. Δαϊ-μάχα, Δαϊ-μένης); Δορκίλλι 3193 5 (dat.); Ἐμπέδδε.. 3086 3; Καφισόττει(ς) concludendum ex Κα[φισ]όττιος 3068 1 (gen.; cf. Καφισό-τιμος); Καφίσσει(ς) concludendum ex Καφίσσιος 2720 6 (gen.); Μελάννεις concludendum e Μελάννιος 3207 6 (gen.); Τάλλεις concludendum ex Τάλλιος

---

1) Neque intellego, quid sibi velit nomen, neque quo modo fieri potuerit, ut nasalis ante π productum servaretur. Quare nescio an difficultates ita expedire liceat, ut π duplex pro πβ (cf. Κοπβίδαιος Coll. 345 59 et Μέκγας infra sub signo d) mihi afferendum) scriptum esse statuam. Quod si concesseris, nomen cum Hesychii γιμβάναι· ζεύγανα(?) et ἴμψας· ζεύξας· Θετταλοί (Ahrens, Diall. II 54) coniunxerim.

3206 14 (gen.; cf. *Ταλαι-μένης*); *Χιόννης* 4149 4. Accedunt nomina in *-λλει(ς)* ea, quae fieri potest ut hypocoristica sint nominum in *-λαος*: *Ἰϑιούλλει(ς)* 2818 15 (cf. *Ἰϑου-λάα*), *Πραξίλλει(ς)* 4172 2 (cf. *Πρηξί-λεως*), *Χαρίλλης* 2524 4 (cf. *Χαρί-λαος*); et nomen ioculare *Ὀρτάλλει(ς)* BCH 23. 194 II 26, quod cum *ὀρτάλιχος* coniunxit Bechtel (Bezz. Beitr. 26. 150), Strattidis versibus illis lepidissimis allatis.[1]) De veriloquio nominis *Πώταλος*, quod Thessali *Πούταλος* pronuntiaverunt (Coll. 345 49), mihi non magis subolet quam ceteris; Boeotos *Πωτάλλει(ς)* dixisse *Πωτάλλιος* genetivus (3176 2) argumento est.

h) Nomina in *-είδας*:
Πολυσσείδας 3659 (cf. *Πολυσάων*).

i) Nomina in *-ων*:
Ἀ(ν)ϑέμμων 2435 7; *Δίκκων* 1888 *g* 3.

k) Nomina in *-ίς*:
Ἀμφοττίς[2]) 3155 3; *Βιοττίς* 862; *Ἐμπεδοττίς* 3150 (cf. *Ἐμπεδό-τιμος*); *Ἐροττίς* 2950; *Κεφαλλίς* 3230; *Πολυττίς* 2777 1 (cf. *Πολύ-τιμος*); *Φιλοττίς* 1480 (cf. *Φιλο-τίμα*).

l) Nomina in *-ίχα*:
Ἐμπεδδίχα 959.

m) Nomina in *-ώ*:
Ἀγαϑϑώ 729; *Ἀμφοττώ* 768. 4248; *Ἀνδροκκώ* REG 12. 75 33 (cf. *Ἀνδρόκλια* ib. 73 44); *Ἀφϑοννώ* 853; *Δαλικκώ* 883 (e *Δαλ-ικέτας*[3]), nomine nondum invento); *Θεοκκώ* 2465; *Θρασυκκώ* 1096; *Καλοννώ* 2853 (cf. *Καλό-νικος*); *Νικοττώ* 1257 (cf. *Νικο-τελίς*); *Ξεννώ* 1274 al.; *Ξενοκκώ* 1276 (cf. *Ξενό-κλια* 1277,

---

1) Athen. p. 621 f:
ξυνίετ' οὐδέν, πᾶσα Θηβαίων πόλις,
οὐδέν ποτ' ἀλλ' ἢ πρῶτα μὲν τὴν σηπίαν
ὀπιτϑοτίλαν, ὥς λέγουσ', ὀνομάζετε·
τὸν ἀλεκτρύονα δ' ὀρτάλιχον — —.

2) Vide sis quae ad *Ἀμφόττει* in § 40 adnotavi.

3) Meister Bezz. Beitr. 5. 196.

Ξενο-κρίτη 1278); *Πολεμμώ* 2653; *Στροττώ* 1403; *Τιμολλώ* 3675 sq. (cf. *Τιμό-λαος*); *Φιλοκκώ* REG 12. 75 37; *Φιλλώ* septies velut 1953. Mutilata sunt --*ακκώ* 3724 et --*ορρώ* 4182, quae Bechtelio auctore [*Πεδ*]*ακκώ* [1]) et [*Θε*- aut *Κλε*- aut *Νικ*]*ορρώ* suppleverim.

Ex hypocoristicis consonarum geminatio in nomina non decurtata translata est. Quam rem duo exempla testantur:

Ξεννάρετος Δαματρίω 2826 12 (Hyetti);
Μνασικλεῖς Εὐκρίννιος 3186 3 (Orchomeni).

D. DE VOCABULORUM QUORUNDAM SIGNIFICATIONE.

§ 98. *ἐμβαίνω, ἔμβασις.*

In tit. 1739 5 scriptum est: *ὁ ἐμβά*[*ς τ*]*ὰγ γᾶν τῶ Ἡρακλεῖος*. Deinde [*ἠ δέ κά τις μεὶ κατα*]*βάλλει τὰν ἔμβασιν*. Consentit quod BCH 21. 554 9 legimus: *ἐνβᾶση τὰν ἀρχὰν καθ' ἅ κα φήνειτη αὐτῆ σύνφορον εἶμεν*. Agitur de agris aut de pratis conducendis; *ὁ ἐμβάς* est is qui „colendi et fructus percipiendi causa intrat in agrum“ (Dittenberger), id est 'conductor', *ὁ ἐμβάσας* est 'is qui elocavit', *ἔμβασις* est 'pretium'.

§ 99. *κόφινος.*

Κόφινος voce Boeotos mensuram quandam significavisse testatur Pollux IV 169, cum ex Strattidis Cinesia versus afferat (Meineke II 768):

Τὰ δ' ἄλφιθ' ὑμῖν πῶς ἐπώλουν; — Τεττάρων
δραχμῶν μάλιστα τὸν κόφινον. — Τί λέγεις; μέτρωι
ἐχρῶντο κοφίνωι;

Eiusdem rei testis est titulus 2780 quamvis mutilus, in quo *κόφινος* ita usurpatum est, ut de sensu dubitare non liceat. Apud Atticos voce fiscinam significari ex Aristophanis Avibus nemo est qui nesciat.

---

1) Cf. *Πεδάκων* 538 14.

§ 100. λιαίνω.

Hoc verbum cum praepositionibus ἀπό et ἐξ compositum in duobus titulis comparet:

ἀπελειανάμεθα 1737 10;
ἐσλιανάτω 3172 73.

De vi, quae eis formis inest, non melius exponere possum quam verbis usus Dittenbergeri viri mea laude maioris (ad 1737): „. . . . ἀπελειανάμεθα . . . . hoc vocabulum sola praepositione differt ab ἐσλιᾶνη . . . ., quod . . . . de nomine post pecuniam redditam delendo usurpatur; atque activum quidem de creditore qui delet, medium de debitore, qui pecunia reddita ut deleatur impetrat, usurpari consentaneum est.“

Addenda.

Ad § 4.

Postquam huius libelli schedae thypothetae traditae sunt, eae inscriptiones, quas Vollgraff BCH 25. 359 sqq. expressit, mihi in manus venerunt. Ex titulis 9 et 12 apparet Thebanos quoque ΚΑΦΙΣΑ scripsisse.

Post § 59 inseras quaeso:

§ 59a. De voce *πιθόω*.

Apud Boeotos verbum *πιθόω*, quod Blass (Mus. rhen. 1881. 608) a *πειθώ* descendere suspicatus est, in usu fuisse titulo Nicaretae docemur, quo formae *ἐπίθωσε*, *ἐπίθωσαν* praebentur: 3172 116 *ὃ ἐπίθωσε αὐτὰν ἁ πόλις* (quod ut faceret civitas ei persuasit), 3172 58 *ὃ ἐπίθωσαν οὑπὲρ τᾶν οὑπεραμεριάων*. . . .

Ad § 70.

Doleo quod sero memini Guilelmum Schulze Qu. ep. 31 sq. novam patronymica a stirpibus in -ς descendentia expediendi rationem iniisse. Quae cur mihi minus arrideret exponere profecto non omisissem, nisi eo tempore, quo de his patronymicis disserebam, plane memoria elapsa esset.

Buchdruckerei des Waisenhauses in Halle a. S.

Dissertationes philologicae Halenses:

— — pars II. 1886. Pag. 233—478. ℳ 4,—

Inhalt: Oscarus Hauschild, De sermonis proprietatibus, quae in Philippicis Ciceronis orationibus inveniuntur. — Theodorus Voigt, De Atrei et Thyestae fabula.

— Vol. VII. 1886. 396 S. ℳ 10,—

Inhalt: Paulus Graetzel, De pactionum inter graecas civitates factarum ad bellum pacemque pertinentium appellationibus formulis, ratione. — Adolfus Brinck, Inscriptiones graecae ad choregiam pertinentes. — Eduardus Roellig, De codicibus Strabonianis, qui libros I—IX continent.

— Vol. VIII. 1887. 292 S. ℳ 7,—

Inhalt: P. Roellig, Quae ratio inter Photii et Suidae lexica intercedat. — Augustus Nebe, De mysteriorum eleusiniorum tempore et administratione publica. — G. Kalkoff, De codicibus epitomes Harpocrationeae. — Ernestus Herforth, De dialecto cretica.

— Vol. IX. 1888. 312 S. ℳ 8,—

Inhalt: Guilelmus Reinecke, De scholiis Callimacheis. — Ioannes Rosenboom, Quaestiones de Orphei Argonauticorum elocutione. — Wolframus Kausche, Mythologumena Aeschylea.

— Vol. X. 1889. 306 S. ℳ 8,—

Inhalt: O. Liermann, Analecta epigraphica et agonistica. — G. Keil, De Flavio Capro grammatico quaestionum capita II.

— Vol. XI. 1890. 402 S. ℳ 9,—

Inhalt: Aug. Hildebrand, De verbis et intransitive et causative apud Homerum usurpatis. — Hermannus Pusch, Quaestiones Zenodoteae. — Guilelmus Meiners, Quaestiones ad scholia Aristophanea historica pertinentes.

— Vol. XII. pars I. 1891. Pag. 1—176. ℳ 4,80

Inhalt: Ricardus Walther, De Apollonii Rhodii Argonauticorum rebus geographicis. — Hubertus Schmidt, Observationes archaeologicae in carmina Hesiodea.

— — pars II. 1894. Pag. 177—387. ℳ 5,20

Inhalt: Arthurius Gerstenhauer, De Alcaei et Sapphonis copia vocabulorum. — Henricus Anz, Subsidia ad cognoscendum Graecorum sermonem vulgarem e Pentateuchi versione Alexandrina repetita.

— Vol. XIII. pars I. 1895. Pag. 1—104. ℳ 2,80

Inhalt: Bruno Kaiser, Quaestiones de elocutione Demosthenica.

— Vol. XIII. pars II. Pag. 105—160. ℳ 2,—

Inhalt: G. Haupt, Commentationes archaeologicae in Aeschylum. Cum 3 tabulis.

Dissertationes philologicae Halenses:

— — pars III. 1896. Pag. 161—216. ℳ 1,60

Inhalt: Harro Wulf, De fabellis cum collegii septem sapientium memoria conjunctis quaestiones criticae.

— — pars IV. 1897. Pag. 217—294. ℳ 2,—

Inhalt: Conradus Haym, De puerorum in re scaenica graecorum partibus.

— Vol. XIV. pars I. 1898. Pag. 1—116. ℳ 2,80

Inhalt: Henricus Reinhold, De graecitate patrum apostolicorum librorumque apocryphorum novi testamenti quaestiones grammaticae.

— — pars II. 1898. Pag. 117—186. ℳ 1,60

Inhalt: Georgius Schwandke, De Aristophanis nubibus prioribus.

— — pars III. 1900. Pag. 187—284. ℳ 2,40

Inhalt: Gustavus Körtge, In Suetonii de viris illustribus libros inquisitionum capita tria.

— — pars IV. 1901. Pag. 285—415. ℳ 2,—

Inhalt: Rudolfus Ritter, De Varrone Vergilii in narrandis urbium populorumque Italiae originibus auctore.

— Vol. XV. pars I. 1901. Pag. 1—104. ℳ 3,—

Inhalt: Ernestus Lippelt, Quae fuerint Justini Martyris ἀπομνημονεύματα quaque ratione cum forma evangeliorum syrolatina cohaeserint.

— — pars II. 1903. Pag. 105—184. ℳ 2,—

Inhalt: Henricus Trueber, De hymno in Venerem Homerico.

— — pars III. 1903. Pag. 185—304. ℳ 3,—

Inhalt: Rudolfus Ebeling, De tragicorum poetarum graecorum canticis solutis.

— Vol. XVI. pars I. 1902. Pag. 1—88. ℳ 2,40

Inhalt: Seth K. Gifford, Pauli epistolas qua forma legerit Joannes Chrysostomus.

Druck von Ehrhardt Karras, Halle a. S.

16,3 17/4 18/4 19/3

DISSERTATIONES PHILOLOGICAE HALENSES

VOL. XVI PARS 3

DE RATIONE
CODICUM LAUR. PLUT. 69, 2
ET
VATIC. 126
IN EXTREMA
THUCYDIDIS HISTORIARUM PARTE

SCRIPSIT

RUDOLFUS RICHTER

HALIS SAXONUM

MAX NIEMEYER

MCMVI

Dissertationes philologicae Halenses cum praefatione Henrici Keilii.
Vol. I—XVI, pars I/II. 1873—1904. 8. ℳ 132,60

— Vol. I. 1873. IV, 334 S. ℳ 6,—
Inhalt: M. Kleemann, Reliquiarum dialecti creticae pars I. glossae creticae cum commentariolo de universa creticae dialecti indole. — G. O. Gutsche, Quaestiones de Homerico hymno in Cererem. — E. Walter, De Taciti studiis rhetoricis. — W. O. Friedel, De sophistarum studiis Homericis. — E. Schinck, De interiectionum epiphonematumque vi atque usu apud Aristophanem. — R. Kohlmann, De verbi graeci temporibus. — K. Zacher, De prioris nominum compositorum graecorum partis formatione.

— Vol. II. 1876. 305 S. ℳ 5,—
Inhalt: Ad. Weingärtner, De Horatio Lucretii imitatore. — G. Votsch, Quaestiones de infinitivi usu Plautino. — Jo. Schmidt, De Herodotea quae fertur vita Homeri. — Aem. Doberentz, De scholiis in Thucydidem. — E. Matthias, de scholiis in Juvenalem.

— Vol. III. pars I. 1877. Pag. 1—280. ℳ 6,—
Inhalt: Konradus Zacher, De nominibus graecis in αιος, αια, αιον.

— — pars II. 1878. Pag. 281—319. ℳ 1,—
Inhalt: Aemilius Neidhardt, De Euripide poetarum maxime tragico.

— Vol. IV. pars I. 1877. Pag. 1—110. ℳ 2,40
Inhalt: Richardus Hendess, Oracula graeca quae apud scriptores graecos romanosque exstant, collegit paucasque observationes selectas praemisit.

— — pars II. 1880. Pag. 111—434. ℳ 6,60
Inhalt: B. Huebner, De temporum qua Aeschylus utitur praesentis praecipue et aoristi varietate. — Franciscus Voelker, De Graecorum fabularum actoribus. — E. Lange, Quid cum de ingenio et litteris tum de poetis Graecorum Cicero senserit. — J. Segebade, Observationes grammaticae et criticae in Petronium. — L. Hollaender, De militum coloniis ab Augusto in Italia deductis — H. Karbe, De centurionibus Romanorum quaestiones epigraphicae.

— Vol. V. pars I. 1878. VII u. Pag. 1—132. ℳ 4,—
Inhalt: J. Schmidt, De seviris Augustalibus. Adjecta est tabula.

— — pars II. 1883. Pag. 133—364. ℳ 4,—
Inhalt: M. Baege, De Ptolemaeo Ascalonita. — Henricus Jungblut, Quaestionum de paroemiographis pars prior: De Zenobio. — H. Koob, De mutis quae vocantur personis in Graecorum tragoediis. — R. Zimmermann, Quibus auctoribus Strabo in libro tertio geographicorum conscribendo usus sit, quaeritur. Pars prior.

— Vol. VI. pars I. 1885. Pag. 1—232. ℳ 6,—
Inhalt: C. Roos, De Theodoreto Clementis et Eusebii compilatore. Accedit epimetrum de Platonis codicibus. — H. Karbaum, De auctoritate ac fide grammaticorum latinorum in constituenda lectione Ciceronis orationum in Verrem. — E. Th. Schulze, De Q. Aurelii Symmachi vocabulorum formationibus ad sermonem vulgarem pertinentibus.

Fortsetzung siehe dritte und vierte Umschlagseite.

RUDOLFUS RICHTER:

DE RATIONE CODICUM LAUR. PLUT. 69,2 ET VATIC. 126 IN EXTREMA THUCYDIDIS HISTORIARUM PARTE

Praefatio.

Quamquam codicem Vatic. 126 Thucydid., qui in prioribus historiarum libris cum codd. ceteris, imprimis A, saepissime consentit (cfr. Wilamowitz. cur. Thuc., ind. lect. Gottg. 1885, p. 5), inde ab VI, 92 recensionem plane abhorrentem exhibere satis notum est (cfr. Hudii ed. I, 1898, p. VIII; II, 1901, p. V), tamen omnium virorum doctorum, qui in codd. Thucyd. investigandis versati sunt, excepto Wilamowitzio l. c. neminem, qua ratione haec codd. familia (a Vat. inde ab VI, 92 praebita) et illa ceterorum codd. inter se uterentur, diligentius perscrutatum esse valde miror.

Quam rationem, cum mihi ad verba Thucyd. constituenda gravissima videretur, hoc opusculo explorare ausus sum. Ei autem, qui, quanta sagacitas diligentiaque ab hominibus doctis (imprimis Stahlium et Hudium dico) in recensione et emendatione Thuc. historiarum adhibitae sint, cognoverit, multis locis me novum arbitrium dare non posse, offensioni non erit.

Notis usus sum his:

Egg.	=	Joannes Eggert, De Vatic. cod. Thuc. auctoritate, diss. Berol. 1882.
H.	=	Carolus Hude, Comment. crit. ad. Thuc. pert., diss. Haun. 1888.
Kueh.	=	Kuehner, Ausführl. Gramm. der griech. Sprache, 3. Aufl. I u. II bes. von Blass, III u. IV von Gerth. 1890 seq.
M.	=	Meisterhans, Gramm. der att. Inschr. ed. III. 1900.
adn. Cl. (St.)	=	adnotatio Classen. (Steup.)
adn. P. St.	=	adnotatio Poppo. Stahl.

Caput primum.

De scripturis a codice Laurentiano solo praebitis.

1. Ex his primum eae enumerentur, quae recte se habere videntur.

102, 1 *πάλιν* C; *πάλιν ἀπὸ τῆς πόλεως* cett. Cum e part. **VI.** aor. *καταφυγόντες* Syracusanos in oppidum ipsum fugisse satis concludi possit, haec vocabula, quae insuper collocatione iam suspecta neque cum *ἀναθαρσήσαντες* neque cum *ἀντετάξαντο* quadrant, interpretandi causa inserta sunt. — 4, 4 *ῥάων* C, **VII.** *ῥᾷ(ι)ον* cett. Scripturam Laur. Dion Hal. satis tuetur; cfr. H. p. 120. — 34, 1 *Ἀχαιίας* C, *Ἀχαίας* cett. Formam *Ἀχαιίας* antiquiorem puto; cfr. M. p. 33, adn. 179. — 50, 3 *ἐδύναντο* C, *ἠδύναντο* cett. cfr. M. p. 169, 3. — 71, 1 *καθεστηκύας* C, *καθεστηκυίας* cett., 11, 3 *ἀπαναλωκύας* C, *ἀπαναλωκυίας* cett., VIII, 48, 5 *ἀφεστηκῦαι* C, *ἀφεστηκυῖαι* cett., 92, 3 *περιπεπλευκῦαι* C, *περιπεπλευκυῖαι* cett. (*καταπεπλευκυῖαι* G); 108, 3 *πεπλευκύας* C, *πεπλευκυίας* cett., cfr. M. p. 59, adn. 505. — VII, 81, 3 *ἀναγκάζωνται* C, *ἀναγκάζονται* cett. cfr. Kueh. IV, p. 425. 426. adn. 1 et 2. H. p. 41. — VIII, 5, 4 **VIII.** *Ἀρτοξέρξου* C, *Ἀρταξέρξου* cett. Forma *Ἀρτοξ.* codicibus Thucydidea satis comprobatur; cfr. I, 104, 1 *Ἀρτοξέρξου* AC; 137, 1 *Ἀρτοξέρξην* ABCF; IV, 50, 3 *Ἀρτοξέρξην* ACE. Herdt. VI, 106. 151. 152. Dindorf. Xen. an. I, 1, 1. Schneider. Xen. Cyrop. VIII, 8, 12. — 23, 2 *Ἔρεσον* C, *Ἔρεσσον* cett. [G] cfr. Herodi. I, 210, 8 ed. Lentz. M. p. 98. — 34. *ὁρμήσασαι* C, *ὁρμίσασαι* cett. Verbum *ὁρμίζειν* hic tolerari nullo modo potest cum aliis de causis, tum quia activum *ὁρμίζειν* semper transitivum est; cfr. IV, 103, 2. — 45, 5 *καὶ νῦν* C, *καὶ νῦν καὶ* cett., cfr. H. p. 57. — 46, 3 *ἐκείνω* C, *ἐκείνων* G, *ἐκεῖνο* AEF, *ἐκεῖνοι* M, *ἐκεῖνος* B. Dativ. propter *σφίσι τε αὐτοῖς* quae praecedunt solus

VIII. rectus est; cfr. H. p. 57. — 53, 3 *μᾶλλον* C, *μᾶλλον τὰς ἀρχὰς ποιήσαιμεν* cett. Hudio p. 61 assentior, sed cfr. Stahl. Goett. Gel. Anz. 1891, p. 671. — 58, 3 *Λακεδαιμονίων* C, *Λακεδαιμονίων χώραν* cett. [G] cfr. H. p. 63. Thuc. inscriptionum genus dicendi minime diligenter imitatus est, cfr. V, 47, 1. — 63, 3 *κατελύετο* C, *κατελέλυτο* cett., cfr. H. p. 64. — 66, 3 *αὐτὸ* C, *αὐτοὶ* cett. cfr. H. p. 65. Stahl. G. G. A. 1891, p. 671. — 68, 4 *ἔτει* C, *ἐπ ετει* cett. Praepos. *ἐπὶ* cum numero certo coniuncta mihi videtur inepta; cfr. Kueh. III, p. 500, 2). H. p. 67. Postquam *ΕΤΕΙ* primo in *ΕΤΙ*, postea in *ΕΠ* corruptum est, *ΕΤΕΙ* in codd. cett. denuo additum est. — 69, 2 *ἄπωθεν* C, *ἄποθεν* cett., cfr. Kueh., II, p. 309, adn. 3. — 70, 2 *μετέστησαν* C, *μετεστήσαντο* cett., cfr. H. p. 67. Stahl. l. l. p. 671. — 76, 6 *πατρίους* C, *πατρώους* AB—EFG, *πατρώιους* M., cfr. Kueh. II, p. 292, 1. H. p. 70. — 76, 6 extr. *οἵπερ* C; *οὗπερ* cett. male. — 78. *κινδυνεύειν* C, *κινδυνεύσειν* cett. Vulgari interpretatione servata Hudio p. 70 assentior; cfr. VIII, 46, 5. — 79, 3 *καὶ* C, *δὲ καὶ* cett. (post *προσεδέχοντο*). Part. *δὲ* post *καὶ ἅμα* addita languet; cfr. H. p. 70. — 82, 1 *ἂν ἠλλάξαντο* C, *ἀντηλλάξαντο* cett. Sed irrealis hic mihi aptior videtur; cfr. H. p. 72. — 82, 3 *ποιεῖν* C, *ποιεῖν ἤδη* cett.; cfr. H. p. 72. — 83, 2 extr. *ἔτι* C, *εἰ ἔτι* AB—EF, *εἰς ἔτι* GM. Neque *εἰ ἔτι* neque *εἰς ἔτι* cum toto verborum contextu coniungi potest; cfr. H. p. 73. — 90, 1 *Σάμω* C, *Σάμω(ι) ποτὲ* cett. Sed *ποτὲ* propter *τότε* quod sequitur non tolerabile est; cfr. H. p. 76. adn. P.-St. — 90, 5 *αὐτοὶ* C, *ἂν αὐτοὶ* AB—EF, *οἱ αὐτοὶ* GM. Cum *διῳκοδόμησαν* et *ἦρχον* idem subiectum habeant, artic. molestissimus est; cfr. H. p. 76. — 91, 3 *δήμου* C, *τοῦ δήμου* cett. Script. Laur. testimonio schol. confirmatam unam aptam puto; cfr. H. p. 76. — 92, 1 *ἐσόδους* C, *ἐσόδδυς καὶ* cett. Cum quaenam praeter *πυλίδας* et *ἐσόδους* illa receptacula sint, non satis intellegatur, Hudio p. 77 assentior. — 92, 4 *φυλὴν* C, *φυλακὴν* cett.; cfr. VI, 98, 4. 100, 1. H. p. 77. — 95, 2 *ἀποκεκλῃμένης* C, *ἀποκεκλειμένοις* B, *ἀποκεκλεισμένη* A, *ἀποκεκλεισμένης* cett. cfr. Kueh. II, p. 132 a) 2. — 98, 4 *τε* C, *μὲν* G, om. cett. (post *Οἰνόην*) cfr. H. p. 80. — 101, 2 *δειπνοποιοῦνται* C, *περαιοῦνται* cett.; cfr. H. p. 81. — 101, 3 *παραπλεύσαντες* C,

παραπλεύσαντες τὴν Κυμαίαν cett.; cfr. H. p. 82. — 108, 1 *πεποιήκοι μᾶλλον* C, *πεποιήκει μᾶλλον* AB—EF, *μᾶλλον πεποιήκει* GM. Praeterquam quod hic non (*ἐ*)*πεποιήκει*, sed *πεποίηκε* recte se haberet, cur optativum indicativus sequatur, causa non est. — 108, 4 *Αἰολῆς* C, *Αἰολεῖς* cett.; cfr. Kueh. I, p. 449, adn. 5. — 109. *᾽Αρτέμιδι* C, *᾽Αρτέμιδι ὅταν ὁ μετὰ τοῦτο τὸ θέρος χειμὼν τελευτήσῃ, ἓν καὶ εἰκοστὸν ἔτος πληροῦται* cett.; cfr. H. p. 84; adn. P.-St. VIII.

2. Deinde quibus locis cod. Laur. solus scripturam falsam librarii vitio ortam habeat, quaeramus.

98, 1 *ἕκαστον* C; *ἑκατὸν* cett. recte sine dubio. — 100, 1 VI. *φυλακὴν* C; *φυλὴν* cett. bene. — 103, 4 *κακῶς* C; *κακῶν* cett. recte. — 3, 1 *παρέταξαν* C; *παρετάξαντο* cett. Cum quid VII. suppleri possit ad *παρέταξαν* non antecesserit, script. Laur. falsa est. — 4, 4 *ποιήσασθαι* C, *ποιήσεσθαι* cett.; inf. aor. propter *ἐφορμήσειν* quod praecedit falsus est. — 8, 2 *βουλεύεσθαι* C, *βουλεύσασθαι* cett.; cfr. H. p. 13. — 15, 2 *ἀχολαίτερον* C, *σχολαίτερον* cett. Cum ne *ἀσχολαίτερον* quidem sententiam aptam praebeat, script. Laur. pravam esse comprobatur. — 17, 2 *φυλάσοιεν* C; *φυλάσσοιεν* cett. recte. — 23, 1 *τοὺς* C, *τὰ* cett. ante voces *ἐλάσσω δύο*, quibus ipsis script. Laur. non veram esse apparet. — 27, 1 *τῶν Διακοῦ* C, *τοῦ Διακοῦ* cett. [G]; sed Dios Thraces omnes, non partem modo, *μαχαιροφόρους* fuisse docet Thuc. II, 96, 2. Praeterea artic. *τῶν* propter *τῶν* quod bis praecedit esse ortus videtur. — 27, 1 *Δακικοῦ* C; *Διακοῦ* cett. [G]; de Thracibus, qui nominantur Dii, cfr. Thuc. II, 96, 2. — 34, 1 *Σικελίας* C, *Σικελίαν* cett.; genet. propter *τῆς* quod praecedit in Laur. ortus est. — 34, 1 *αὐτοὺς* C, *αὐτοῖς* cett., accusat. non habet quo bene referatur. — 43, 7 *μεμηχανημένον* C, *μεμαχημένον* cett.; script. Laur. hic sententia bona caret. — 47, 4 *προσκαθεῖσθαι* C, *προσκαθῆσθαι* cett. Script. codd. cett. propter c. 48, 2 et 49, 2 veram puto. — 51, 2 *διώκουσιν* C, *καταδιώκουσιν* cett. Cum Athenienses Syracusanos usque ad portas ipsas moenium persecuti sint, aptissimum videtur *καταδιώκουσιν*. — 55, 2 *μεγέθη* C, *μεγέθει* cett.; cfr. H. p. 30. Widmann, Wochenschr. f. klass. Phil. 1889,

VII. p. 398. — 56, 2 *κωλύσουσι* C, *κωλύσωσι* cett.; Kueh. IV, p. 376, adn. 5; H. p. 30. — 60, 5 *παρεκελεύσατοτότε* C, *παρεκελεύσατο τέ* cett. Script. Laur. dittographia orta est. — 65, 1 *πολλὰ* C, *τἆλλα* cett. Vox *τἆλλα* quae ad Atheniensium remedia cap. 62 relata referatur optime, melior est; cfr. H. p. 33. — 67, 3 *ἐσόμεναι* C, *ἔσονται* cett. Script. Laur. recepta verbum huius paragraphi deest. — 69, 2 *ἑαυτῷ* C, *ἐν τῷ* cett. ante *τοιούτῳ ἤδη*. Script. Laur. corruptam esse apparet. — 75, 2 *ἀπολελωκότες* C; *ἀπολωλεκότες* cett. recte. — 75, 7 *ξυναπιέναι* C, *ξυνέβη ἀπιέναι* cett. Verbum *ξυνέβη* necessarium est ad contextum. — 76 *γεγωνίσσκων* C; *γεγωνίσκων* cett. bene, cfr. Kueh. II, p. 176, b). — 78, 2 *τοῦ* C, *τὸ* cett. Genetiv. *τοῦ* sententiam minime tolerabilem dat. — 80, 3 *αὐτοὶ* C, *αὐτοῖς* cett. *Αὐτοὶ* ne per se ipsum quidem hic aptum non convenit cum *ἐμπίπτει ταραχή*. — 87, 6 *πανολεθρία* C;

VIII. *πανωλεθρίᾳ* cett.; cfr. Lobeck. Phryn. p. 705. — 10, 4 in. *προσβαλλόντων* C; *προσβαλόντων* cett. [G]. Part. aor. propter part. *ἀποβάντων* quod sequitur partic. *καὶ-καὶ* cum hoc artissime coniunctum praefero; cfr. H. p. 46. — 15, 2 *ἐπελθουσῶν* C, *ἀπελθουσῶν* cett.; cfr. § 1 *τὰς μὲν ὀκτὼ πέμπειν . . . ἄλλας βοηθεῖν δώδεκα*. — 17, 1 *Σάμου* C, *Σάμον* cett. Praepos. *ἐς* accusativum flagitat. — 17, 1 extr. *ἀποστήσαντες* C, *ἀποστήσοντες* cett.; 24, 1 *παραβοηθήσοντα* C, *παραβοηθήσαντα* cett.; 55, 1 *βοηθήσοντας* C, *προσβοηθήσαντας* cett.; 64, 5 extr. *προτιμήσαντες* vel *-σωντες* C, *προτιμήσοντες* G, *προτιμήσαντες* cett.; 86, 1 *ἀναδιδάξαντας* C, *ἀναδιδάξοντας* cett., quibus locis participia a cett. codd. praebita sententia postulantur. — 18, 1 *Ἀθηναίους* C; *Ἀθηναίοις* cett. recte; cfr. VI, 104, 1. — 20, 2 *Τήιος* C, *Τηίοις* cett. Dativ. propter *ἐσπείσατο* necessarius est. — 23, 3 *ἀντιστάτας* C, *ἀντιστάντας* cett. Athenienses non eos, qui semper resistere solebant, sed tum quidem ex oppido progressos prostraverant. Et *ἀντιστάτης* apud Thuc. nusquam alibi occurrit. — 24, 2 *προυχίου* C; *πρὸ Χίου* cett. recte. — 31, 1 *μὲν* C, *μετὰ* cett. (ante *Θηριμένους*). Partic. *μὲν* quo referatur non habet. — 39, 1 *ἐν* C; *αἱ* cett. (ante *τῷ Φαρναβάζῳ*) recte. — 44, 2 extr. *τῶν* C, *τοῖν* cett.; cfr. Kueh. I. p. 604; M. p. 123, adn. 1113. — 45, 1 *ἐπ' αὐτῶν*

C, ἀπ' αὐτῶν cett.; cfr. H. p. 56; 81, 1 ἀπ' ἐκκλησίας C, ἐπ' ἐκκλησίας cett.; cfr. H. p. 71, sed Stahlium l. l. p. 667 et 669 sequor. — 45, 3 τριηνάρχους C; τριηράρχους cett. recte. — 46, 3 in. δὲ C, τε cett. (post ἐπιτηδειοτέρους). Cum mihi quidem paragr. tertia membrum orationis Alcibiadis supremum argumentis confirmatum continere videatur, part. τε praefero; cfr. H. p. 57. — 48, 7 οικουν C; ουκουν cett. recte. — 53, 3 ἐλέγετο C; ἔλεγεν cett. Activ. quod propter ἠρώτα quod praecedit concinnius est, melius est; cfr. c. 54, 1 διδασκόμενος ὑπὸ τοῦ Πεισάνδρου. H. p. 61. — 55, 1 extr. ἀπάροι C, ἀπαίροι cett. recte. — 56, 4 extr. ἑαυτῶν C, ἑαυτοῦ cett.; cfr. H. p. 62. Sed Stahl. adn. Poppo. hunc locum videtur rectius interpretatus esse. — 57, 2 τρὶς C; τρίτας cett. cfr. c. 18 et 36. — 58, 3 εἶναι C, ἰέναι cett.; cfr. § 4 ἴῃ ἐπὶ τὴν βασιλέως χώραν. — 67, 3 in. δὲ C, δὴ cett. Part. adversativa hic locum non habet. — 68, 2 extr. αἰτίας C; αἰτιασθεὶς E; αἰτιαθεὶς cett. Acc. sententiam absurdam dat. — 68, 3 ἔπραξαν C; ἔπραξε(ν) cett. Plural. neque quod attinet ad rem grammaticam neque ad sententiam aptus est; cfr. c. 50. H. p. 67. — 69, 1 Ἀθηναίων C; Ἀθηναῖοι cett. Genet. part. a πάντες pendens ferri nequit; cfr. H. p. 67. — 71, 1 ξυμβαστικόν C; ξυμβατικόν cett. recte, cfr. Kueh. II, p. 287, 3. — 71, 3 μείναντες C, μέναντας F, μείναντας cett. Acc. propter τοὺς ἐπελθόντας-ἀπέπεμψε necessarius est. — 73, 3 ἄλλω C; ἄλλα cett. bene. — 75, 2 extr. τοὺς τετρακοσίους C; τοῖς τετρακοσίοις cett. Dativ. verbis quae sequuntur πολέμιοι ἔσεσθαι postulatur. — 76, 6 τοῖς μὲν C; τοὺς μὲν cett. Accus. propter καταλύσαντας quod seq. rectus est. — 76, 6 extr. χεῖρας C; χείρους cett. Sed χεῖρας sententiae expers est. — 77 ἰδόντες C; ἤδη ὄντες cett. Part. aor. iuxta ᾐσθάνοντο pleonasmum intolerabilem efficit. — 78 προτιμότερον C; πρότερον cett. Πρότερον vocibus οὔτε νῦν quae seq. satis confirmatur, προτιμότερον autem ad contextus sententiam non quadrat et apud scriptores Atticos (nisi in Plat. legg. XII, 947 D) non invenitur. — 81, 2 ἐπητίασε C; ἐπητιάσατο cett. Huius verbi activ. Graecis inusitatum est; cfr. H. p. 71. — 83, 1 τὸν C, τῷ cett. (ante Τισσαφέρνει) recte. — 90, 4 τοῦ στόματι (litt. τι c_r) C; τῷ

VIII

VIII. *στόματι* cett. Praep. *ἐπὶ* c. gen. hic mihi minus apta videtur. — 92, 2 *κελεύσαντος ὀνόματος* C; *ὄνομα τοῦ κελεύσαντος* cett. Script. Laur. constructionem verborum evertit. — 92, 8 *ἕκαστος* C, *ἕκαστον* AEF, *ἑκάστοις* cett. Unus dativus propter *ἐμποδὼν*.. *γιγνομένου* toleratur. — 93, 1 *ἕλκοντες* C; *ἐλθόντες* cett. recte. — 93, 2 *ὡς εἴδοιεν* C; *οὓς ἴδοιεν* cett. recte. — 96, 5 *διάφορον* C; *διάφοροι* cett. bene. — 98, 3 in. *αὐτὸς* C, *αὐτοῖς* cett. Voce *αὐτὸς* inepte *Ἀρίσταρχος* augeretur. — 98, 3 *κἀκείνοις* C; *κἀκείνους* cett. Accus. propter *δεῖ* necessarius est. — 98, 3 *ξυμβιβάσθαι* C; *ξυμβεβάσθαι* cett. bene. — 102, 1 *φυκτωροὶ* C, *φρυκτώριοι* AEF; *φρυκτωροὶ* cett. recte. — 104, 5 *τοῦ* C, *τὸ* cett. (ante *Κυνὸς σῆμα*) Accus. recte se habet. — 105, 3 *τῶν νικησάντων* C, *τὸ νικῆσαν τῶν* cett. Si script. Laur. recta esset, ante *τῶν* artic. *τὸ* desideraretur, qui in cod. G correctura additus est. — 106, 4 extr. *ἄγγελλον* C; *ἄγγελον* cett. recte. — 108, 1 *ἀποτρέψειε* C; *ἀποστρέψειε* cett. Cum Thuc. verbo *ἀποτρέπειν* „a sententia, ab incepto avertere“ (cfr. I, 76, 3; II, 40, 3; III, 11, 1; 39, 1; 63, 2; 68, 4; IV, 59, 2; VI, 8, 4; 19, 1; 24, 1; 29, 3; 38, 4; 87, 3. VIII, 86, 5.), verbo *ἀποστρέφειν* „redire iubere“ (cfr. IV, 97, 2. VI, 65, 3) significare voluerit, tribus locis, quibus codd. fluctuant (IV, 80, 1; V, 75, 2; VIII, 108, 1), *ἀποστρέφειν*, cuius significatio illis sola quadrat, restitui necesse est. — 108, 4 *Ἀστακοῦ* C; *Ἀρσάκου* cett. Sed *Ἄστακος* nomen Graecorum, non Persarum est. —

VII. Vitiorum creberrimorum ab omnibus librariis commissorum in Laur. occurrunt haec: 4, 4 extr. *ἧλκε* C; *ἧκε* cett. cfr. M. p. 170, 9. Script. Laur. ne aptam quidem sententiam dat. — 21, 5 *εἰς* C, *ἐς* cett.; 24, 3 *εἰσκομιδαὶ* C, *ἐσκομιδαὶ* cett. [G]; cfr. Stahl. quaest. gramm. ad Thuc. pert. 1886, p. 43. M. p. 213, 13. — 29, 4 *θρασήσῃ* C; *θαρσήσῃ(ι)* cett.; cfr. Stahl. quaest. gr. p. 25. Kueh. I, § 70, 2. — 56, 3 *γινόμενοι* C; *γενόμενοι* cett. Praesens propter aoristos qui seq. ineptum est; VIII, 50, 3 *γίνεται* C, *γίγνεται* cett. [G]; 98, 2 *γινομένην* C, *γεναμένην* EF, *γενομένην* cett.; cfr. Kueh. II, p. 391. M. p. 75, 4. — 71, 7 *προσαπόλλυντο* C, *προσαπώλλυντο* cett.; cfr. Blass., Über die Ausspr. des Griech. p. 35. 1888. — 81, 3 *πρόσθε* C;

πρόσθεν cett.; cfr. Kueh. I, p. 294. — VIII, 17, 2 *Πελοπο-
νήσου* C (praeter G); *Πελοποννήσου* cett.; cfr. Kueh. I, p. 269, 1.

Hi loci prius corrupti in cod. ipso manu recentiore correcti
sunt: litt. *η* cum litt. *ι* mutata est: 1, 3 *συμπορησαμένους;* VIII.
2, 1 *ἐθελοντὴ;* 26, 2 *Μηλίτω;* 41, 3 *μὶ;* 73, 5 *Δηομέδων;*
108, 1 *Φασίλιδος.* — Litt. *ει* permutatae sunt cum *η*: VII,
74, 2 *ἀναδεισάμενοι;* VIII, 5, 3 *παρεῖ* incoharat C; 11, 1
ἐφορμῆν; 20, 2 *ὑπελήφθη;* 40, 3 *βοηθεῖσαι;* 86, 8 *καλεῖ.* —
Litt. *ι* et *ει* mutatae sunt: VIII, 5, 4 *Δαρίωι;* 10, 3 *Κοριν-* VIII.
θείας; 48, 5 *δημοκρατείαις;* 49 *Πίσανδρον;* 53, 2 in. *δημο-
κρατείας;* 54, 3 *ἐπιτήδιον;* 63, 3 *Σαμείων;* 66, 2 *ἀντίποι;*
73, 1 et 6 *Σαμείων;* 79, 2 *ἴδον;* 82, 2 extr. *πράξιν.* — Denique
litt. *ο* et *ω* saepe commutatae sunt: VI, 99, 2 *ἐν τοῦτο;* VII,
11, 2 *πλείωσι;* 71, 3 *ἀπόλλυντο;* 67, 1 *ὑπάρχων;* 68, 1 *νομί-
σομεν.* VIII, 3, 2 *Φοκεῦσι;* 7 *αἴσθονται;* 39, 2 *ὑπόπτευον;* VIII.
45, 1 *τῶν Χαλκιδέως;* 50, 4 *αὐτῶν;* 58, 6 *βούλονται;* 61, 2 in.
ὄντως; 65, 3 *πλείωσιν;* 66, 2 *ὑπωπτεύοντο;* 74, 3 *Σάμων;*
90, 3 *δέξονται;* 91, 2 *Λακονικῆς;* 92, 11 *δμος;* 102, 3 *Προτε-
σιλάον.* — Cetera cod. Laur. vitia postea correcta haec sunt:
VI, 93, 2 *προστα++ξαντες;* 94, 1 *ἔχωσι;* 96, 3 *ἐπίπλων;* 104, 2 VI.
ἐκπλεῖ; 101, 1 et 102, 3 *μέγα; μέγαν* cett. — VII, 11, 1
μαθόντες C; *μαθόντας* cett.; acc. propter *ὑμᾶς* quod seq. verus VII.
non est. 56, 1 *πρέπλεον* C; *παρέπλεον* cett. recte. 57, 7
καταργόμενοι C; *κατειργόμενοι* cett. bene. 60, 2 *γενέσθω* C;
γενέσθαι cett. Script. Laur. in contextu inepta est. 64, 2
ξύμπαντας C; *ξύμπαντες* cett. recte. 67, 4 *ἐκπλεύσουσι* C;
ἐκπλεύσωσι cett.; fut. *πλεύσω* non Atticum est; cfr.
Kueh. II, p. 106, 3. 68, 1 *ἀταξία* C; *ἀταξίαν* cett. propter
πρὸς recte. 68, 3 *ἂν* C; *ἃ* cett. Ne *ἂν* quidem hic aptum
est. 70, 2 *τὸ* C; *τῷ* cett. *Τὸ* cum *ζεύγματι* non convenit.
70, 8 *εἰς* C; *ἐς* cett. recte. 73, 3 *ἐτοῦ* C; *ἑαυτοῦ* cett. 79, 2
δανάμενοι C; *δυνάμενοι* cett. 79, 4 *ὄπισθε* C; *ὄπισθεν* cett.,
cfr. Kueh. I, p. 294. 80, 6 extr. *τοῦτο* C, *ταύτῃ* cett.; pro
hac script. non satis intellecta illa irrepsit. 81, 1 *κα* C; *κατὰ*
cett. 85, 4 *διαδράσκοντες* C; *διαδιδράσκοντες* cett. 1, 2 *νεω-* VIII.
σωκοις C, *νεωσοίκοις* cett. 1, 3 *τι+ε:ς* (*τινές* olim scriptum
erat), *τι ἐς* cett. 5, 5 extr. *ἄρξειν* C, *ἄξειν* cett. 6, 2 *τοῦ*

